Nos Otto et Dietricus dicti de Salr scire volumus omnes presentium inspectores, quod nos Curiam Pernting, quam pro nobis et nris heredibus a dno nro venerab. Epo et Ecclia Ratisponen. jure tenuimus feodali, receptis a religiosis viris preposito et conventu sancti Magni in suburbio Ratispone denariis certe summe, eisdem pro eisdem vendidimus et tradidimus eandem cum omnibus suis pertinentiis et juribus quibuscunque ab ipsis et sua Ecclia in perpetuum possidendam, cujus quia proprietas Ratispon. Ecclie pertinebat, ut predicta nra venditio jure procederet et effectu, et rata per Reverendum dnum nrum Chunradum vener. Ratispon. Epum et ipsius Caplum haberetur, duas nras Vineas in Chrukkenperg, que nos pleno juris dominio respexerunt, ipsi Ratispon. Ecclie in recompensam dedimus et damus, et pro eadem permutavimus, et presentibus permutamus, ita, ut proprietate earundem apud Ratispon. Eccliam remanente, easdem ab eadem in feodum perpetuum pro nobis et nris heredibus habeamus, sicut habuimus Curiam, quam vendidimus, antedictam. Et ut ipsam jam predictam Ratispon. Eccliam in ipsarum Vinearum possessionem vel quasi liberam poneremus facta donatione et permutatione Vinearum, ut prediximus, ipsas corporaliter in feodum recepimus de manu Reverendi dni nri Chunradi venerab. Ratispon. Epi supradicti, facientes eidem et Ecclie ejusdem de eisdem, ut juris et consuetudinis est vasallis, fidelitatis seu homagii debitum juramentum. Et in testimonium omnium premissorum venditionis, donationis, permutationis et infeodationis nre presentes dedimus Sigillorum dnorum nrorum Heinrici et Chunradi juniorum de Hohenvels robore communitas. Datum et actum Ratispone anno dni 1307. in die beati Gregorii pape.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. DCCLXXVI. 1307. 25 April. Ex Originali.

Privilegium ducale circa Parochiam Schwarzhofen.

Nos Rudolfus et Luduuicus dei gra Comites palatini Reni, duces Bawarie notum facimus presentium inspectoribus universis,

quod volentes novitatibus, que discrimina pariunt, et frequenter inducunt pericula animarum, remedio succurrere salutari, venerabili Priorisse totique Conventui sanctimonialium sancte crucis in Ratispona ordinis predicatorum diligenti deliberatione ac consilio Reverendi in Xpo patris et dni nostri, dni Chunradi venerabilis Epi Ratisponen. Ecclesie hanc gratiam fecimus et facimus specialem, quod verus pastor Ecclesie in Swarzhoven predictas sanctimoniales respicientis in matrice Ecclesia debeat continuo residere, et duobus Vicariis in dicta parochia omnipotenti Deo famulantibus contentus esse juxta continentiam privilegiorum et pactorum inter prefatas moniales ex una, Nobiles ac Universitatem civium in oppido nostro Niuuenburch *) et extra commorantium ex altera parte primitus initorum, nolentes ipsas moniales in gratia ipsis facta ab aliquo nostrorum hominum ullo unquam tempore pregravari, harum testimonio litterarum nostrorum Sigillorum munimine signatarum. Datum Monaci anno Domini 1307. proxima sexta feria post diem pasche.

Duo Sigilla illaesa adpendent, istud Rudolfi maximi moduli equestre, hoc Ludouici minoris ac triangularis formae cum rhombis.

Num. DCCLXXVII. 1308. 19. Jun. Ex Originali.

Oppignoratio advocatiae Ecclesiae in Oberndietfurt facta Monasterio S. Viti.

Nos Chunradus dei gra Ecclesie Ratispon. Epus presentibus litteris profitemur, quod de nostro beneplacito, licentia et assensu processit, quod viri spectabiles, fideles nostri, Comites de Leonberch Wernhardus et Heinricus fratres advocatiam Ecclesie in Oberndietfurt, quam a nobis et nostra Ecclesia jure detinent feodali, pignori obligarant . . venerabili abbati ac monasterio sancti Viti prope novum forum dyoces. Salzburg. pro 60 libris denar. Ratispon. quos ipsi ab eodem parata et numerata pecunia receperunt, protestantes, quod nobis salvum esse debeat jus redimendi ipsam advocatiam ab eodem monasterio pro eisdem denariis antedictis, si eandem advocatiam nobis forsitan vacare contigerit, aut ipsi Comites ipsam redimere noluerint, aut non possint. In cujus rei testimonium presentes dedimus Sigilli nostri robore consignatas. Datum Ratispone anno Domini 1308. XIII. Kalend. Julii.

Sigillum Epi illaesum adpendet.

*) Neunburg oppidum tunc temporis incorporatum fuit Parochiae Schwarzhofen.

Num. DCCLXXVIII. 1308. 3. Sept. Ex Originali.

Die Grafen von Leonsberg überlassen dem Bischofe zu Regensburg die Vogtai der Kirche zu Oberdietfurt, um sie seinem Kapitel zu eignen.

Unserm liben und erbern Herrn Pischof Chunrat von Regenspurch enbieten wir Graf Wernhart und Hainreich von Lonsperch unsern Dienst. Di Vogtai, di wir von euren gnaden haben über di Chirchen ze Dietfurt mit allem dem Nuz, der dazu gehört, swi der gehaizzen ist, und swi wir den haben eingenummen, senden wir eu auf bi dem Ulrich dem Schaldorfer, der eur Man ist und unser Diner, daz ir von euern gnaden diselb Vogtai aigent den beschaiden Herren, euerm Capitel mit dem geding, daz wir oder unser Erben diselb Vogtai wider chaufen mügen umb 60 tt. R. dl. di denn gib und gäb sein, darumb si diselb Vogtai von uns gewunnen habent. Der Prief ist gegeben, do von Christes Gepurt waren 1308 Jar, des nächsten Eritages nach sant Gilgen Tag datz Lonsperch.

Duo Sigilla Comitum non nihil laesa adpendent.

Num. DCCLXXIX. 1310. 4. Januarii. Ex Originali.

Conradi Epi Confirmatio Concambii habiti inter Monasterium Oberaltach, et Parochiam Unterviechtach.

Nos Conradus dei gratia Ecclesie Ratisponensis Epus presentibus profitemur, quod cum dilectus nobis venerabilis abbas in Obernaltach et Conventus ibidem ex una, et Eberhardus plebanus de Viechtach ex altera parte habito super hoc diligenti tractatu predia quedam permutarint, sicut continent littere permutationis super hec habite, et confecte, *) nos utriusque Ecclesie utilitatem considerantes facte permutationi consensum nostrum apposuimus, ipsam auctoritate presentium confirmantes; In cujus testimonium presentes lit-

*) Plebanus Eberhardus in Unterviechtach dedit Monasterio Oberaltacensi praedium Renften, praedium Raitenperg et tertiam partem tabernae ibidem, et recepit a Monasterio praefato per concambium ad usum suae parochialis Ecclesiae (cujus jus patronatus ad Coenobium Windberg pertinet,) praedium in Plössenperg situm.

teras dedimus nostri Sigilli robore communitas. Datum Ratispone anno Domini 1310. pridie Nonas Januarii.

Mon. boic. XII. 155.

Num. DCCLXXX. 1310. 14. Januarii. Ex Originali.

Conradus Epus decernit, a Parochia Vilshofen Monasterio Ensdorfensi incorporata 13 1/2 tt. pro annua pensione esse solvendas.

Nos Chunradus dei gratia Ecclesie Ratisponen. Epus profitemur, quod cum jus patronatus Ecclesie in Vilshoven nostre dyocesis felicis recordat. quondam Dnus Luduuicus dux Bawarie, consentiente bone mem. Dno Heinrico quondam Ratisponen. Epo, Predecessore nostro ac venerabili Capitulo donasset Monasterio in Enstorf, et postmodum subsequenter ipsa Ecclesia per predictos Dnum Heinricum Epum et Capitulum Ratispon. dicti monasterii fuisset usibus applicata; demum vacante ipsa Ecclesia per mortem Friderici dicti Romaer ipsius veri pastoris, dilecti in Xpo ven. abbas et Conventus monasterii prelibati virum discretum Pernoldum dictum Sitzenhovaer sacerdotem instituendum per nos perpetuum Vicarium in ipsa Ecclesia suis nobis litteris presentarunt, cujus examinata persona et presentationis modo, et ipsis legitimis et canonicis adinventis, de pensione seu de provisione ipsi monasterio annis singulis de ipsa Ecclesia persolvenda cum dicti monasterii abbate et Priore, qui tunc nobis aderant, cepimus cogitare, et habita inquisitione apud expertos, qui ejusdem Ecclesie melius noverant facultates, statuimus et taxavimus, quod in omnem eventum grandine, sterilitate, bello terre, incendio seu quovis casu fortuito seu proviso non obstantibus, quolibet anno perpetuus Vicarius in ipsa Ecclesia institutus tredecim libras denar. Ratispon. cum dimidia solvere debeat monasterio supradicto, quarum septem in purificatione beate Virginis, ea inclusa, que cedit in pietantia fratribus pro anniversario dicti dni Luduuici ducis annuatim peragendo solvere tenebitur, dimidiam vero in festo beati Jacobi prefati dni Heinrici Epi similiter celebrando, sex vero residuas in die beati Mychahelis vel proximo subsequenti, adiectione talis pene, quod si uno vel altero terminorum predictorum in solutione hmoi ipse perpetuus Vicarius negligens fuerit vel remissus, ex tunc statim suspensionis ab ingressu Ecclesie usque ad satisfactionem debitam sententià ligabitur ipso facto. Omnia insuper jura nostra, papalia, Legatorum Sedis apostolice, procurationes et jura quevis

alia solum ipsum Vicarium volumus supportare, quibus sic per nos legitime ordinatis et statutis dictum Pernoldum sub predicto onere ipsius Ecclesie in Vilshoven de ipsa investivimus, ejusdem sibi curam et regimen committentes, et litteram dedimus presentem nostri et dictorum abbatis ac Conventus Sigillorum munimine roboratam anno Domini 1310. XIX. Kalend. Februarii.

Duobus prioribus Sigillis avulsis tertium adhuc adpendet.

Num. DCCLXXXI. 1310. 5. Februarii. Ex Diplomatario.

Friedrichs von Sigenhofen Entsagung seiner Ansprüche zu dem deutschen Hause in Regensburg.

Ich Friderich von Sigenhoven tu chunt allen den, di disen brief ansehen und hören lesen, daz ich drei Ansprach hiet gegen meinen *Vater*, bruder Hainreich von Sigenhoven zu dem teutschen Haus ze Regenspurch, aine umb 1 tt. Geltes aus dem Zoll ze Regenspurch, di ander umb 1 tt. R. dl. Geltes von dem Spital, di dritte umb 5 Schaff Gült von Ensdorf, und ich hiet in auch bechlagt umb 180 tt. R. dl. Derselben hier verschribner sach haben wir uns gentzleich und freuntleich mit ainander verrichtet, also, daz ich fürbaz umb diselb vorverschriben Sach chain Ansprach, noch chain Vorderung gein im nicht enhab, noch gein dem Haus, noch gein dem Orden von seinetwegen. Daz ich im daz also stät und unzerbrochen behalte, darüber gib ich im disen brief ze einem Urchunt, versigelten mit meinem Insigel und mit meines erbern Swagers Insigels Herrn Ulreichs des Truchsessen von Hailsperch Insigel, und dez sint Zeugen bruder, Rudiger und bruder Berthold di zwen Priester, bruder Peter von Owe, bruder Hainreich von Füllpach, Zacharias dez Truchsessen Chnecht, der Hausener, Hainrich der Slaifspekh und ander frumme und glaubhafte Leut. Daz ist geschehen, da von unsers Herrn Gepurt waren 1310 Jar, an sant Agathen Tag, der heil. Junchfrauen und Martyrin.

Num. DCCLXXXII. 1310. 6. April. Ex Originali.

Der Ergoltsbecken Vertrag mit Bischof Konrad.

Wir Heinrich und Liebhart di Ergoltzpekchen verjehen offenlichen an disem prief und tun chunt allen den, die in sehent oder

hörent lesen, daz wir uns mit unserm liben Herrn Bischof Chunraden von Regenspurch und mit sinem Gotzhaus liplichen und gäntzlichen verricht haben also, daz er uns sin Genad und sin Huld gegeben hat, und sin wir gestanten willichlichen von aller Ansprach und von aller Chlag, und von allen rechten, di wir gein im und hintz sinem Gotzhaus hieten oder gehaben mohten, um swelherlai sache daz waz, und suln nichts fürbaz mit im, noch mit sinem Gotzhaus ze schaffen haben, dann lieb und gut, und suln im und sinem Gotzhaus treulichen dinen, alz von recht diner irn Herren schuldich. Daz daz also stät von uns behalten werd und unzerbrochen, darumb geben wir disen prief mit der purger Insigel von der Niunstat, und zihen auch si darüber ze Ziug. Daz ist geschehen, da von Christes Gepurt waren vergangen 1310 Jar, dez Montags vor dem Palmtag.

Sigillum cum rhombis adpendet.

Num. DCCLXXXIII. 1310. 5. Augusti. Ex Originali.

Perhtoldi Läubler donatio census annui ad unam libram ad fraternitatem cathedralis Ecclesiae pro suo anniversario.

Nos Chunradus dei gra Ecclesie Ratisponen. Epus tenore presentium profitemur et constare cupimus universis, quod noster fidelis et devotus Perhtoldus dictus Laeublaer civis Ratispon. zelo dei et in remedium anime sue et progenitorum suorum redditus unius libre denar. Ratispon. dedit, tribuit et donavit ad fraternitatem nostre kathedralis Ecclesie in festo beati Emmerami de domo sua sita in der Engelpoldstrazze annis singulis sub pena Civitatis persolvendos, ita videlicet, quod si heredes predicti Laeublaerii vel quicunque, ad quem domus ipsa cum onere suo transierit, in predicto termino censum prescriptum solvere neglexerint, ex tunc statim penam incidant civitatis, nec ab ea usque ad plenam satisfactionem valeant relevari. Promiserunt vero procuratores ipsius fraternitatis, quod aniversarium dicti Laeublaerii singulis annis peragant in memoriam anime sue post suum obitum, sicut ab ipsis anniversarii peragi consueverint. Acta sunt hec anno Domini 1310. feria quarta ante Laurentii, in curia nostra et domo, quam inhabitat magister Ulricus, presentibus ipso magro Ulrico, Palduuino Vicario Chori, Sighardo de Eglolfsheim domicello nostro, Orthlino Sinzenhovario de Lengenvelt et aliis quam pluribus fide dignis; et ad instantiam dicti Laeublaerii presentes conscribi

fecimus et nostri Sigilli robore communiri ipso die et loco in testimonium premissorum.

Sigillum adpendet.

Num. DCCLXXXIV. 1310. 23. Oct. Ex Originali.

Appropriatio duarum advocatiarum ad Parochiam Persen, hodie Naabburg.

Ich Ulrich der Lantgraf von dem Leukkenberg vergich, daz ich die Vogtai über ein Widem ze Drezwizz, di Herr Wolthart der Zenger ze Nappurch von mir ze lehen het, und die Vogtai über zwai Gut ze Weiding, di Herr Chunrat der Pfarrer ze Persen hat gechauft von Herrn Aerben von Günzhaim, di derselb Aerben von mir ze lehen het, han gegeben im und seinen Erben ze ainem rechten Aigen, und han si geaignet der Pfarr ze Persen in Eren des guten sand Peters und sand Johann. Der Brief ist geben ze Trausfsnitz im Jare nach Christes Gepurt 1310. an sand Severinstag.

Sigillum equestre laesum adpendet.

Num. DCCLXXXV. 1310. 24. Nov. Ex Originali.

Rex Henricus dat Magistro Nicolao suo Notario, (postea Epo Ratisbon.) potestatem, Villam Hettingen in Vicariam seu praebendam convertendi.

Confer. infra Num. DCCC.

Heinricus dei gra Romanorum Rex semper augustus. Universis advocatis, ministris, officialibus et fidelibus Imperii, presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Pia vota hominum dum benigno favore prosequimur, deo Conditori nro gratum ut opinamur exhibemus obsequium, et nre salutis augmentum multipliciter procuramus. Devotis igitur honorabilis Magri Nycolai thesaurarii Eystetten. karissimi Notarii nri postulationibus favoris Regalis plenitudine annuere cupientes, permittimus, volumus, et plenam ac liberam sibi tradimus potestatem, ob remedium nostre, inclite Margarete conthoralis nre, ac liberorum nostrorum animarum Villam Hettingen prope Wizzenburg et Ellingen sitam, quam eidem Nycolao dudum donavimus, in Vicariam seu prebendam aliquam in Eystet aut alibi, prout sibi videbitur, redigendi, et quandocunque seu qualitercunque eidem placuerit, convertendi, inhibentes aucto-

ritate Regia firmiter ac districte, ne aliqua deinceps persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, cujuscunque status seu conditionis existat, prefato thesaurario alicujus impedimenti materiam prestare presumat, quo minus Vicariam hmoi de Villa prenotata instituere, et Clericus ad hmoi Vicariam assumptus, qui pro tempore fuerit, Villam ipsam cum fructibus et pertinentiis suis pacifice perpetuo possidere valeat et habere, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si quid contra premissam nostram concessionem et hmoi prebende institutionem in posterum contigerit attemptari. In cujus rei testimonium presentes litteras majestatis nostre Sigillo jussimus communiri. Datum in Aste VIII. Kal. Decembris, anno domini 1310. Regni vero nri anno secundo.

Sigillum majestat. illaesum adpendet.

Num. DCCLXXXVI. 1312. 12. April. Ex Originali.

Conradi Epi Confirmatio Concordiae factae inter suum Capitulum, et Parochum in Riekofen de solvendis annuatim ab hoc 40. Scaffis tritici.

Nos Chunradus dei gra Ecclesie Ratisponen. Epus presentibus profitemur, quod cum inter dilectos confratres nostros, Ecclesie nostre Capitulum et virum discretum Reichfridum Sacerdotem, Vicarium suum in Lenchoven de satisfactione pensionis anni preteriti debite sibi de predicta Ecclesia, extitisset aliquamdiu concertatum, et concertatio hmoi tandem fuisset per concordiam terminata, predicti confratres nostri caute volentes casibus similibus precavere et omnem future questionis materiam amputare, cum predicto Reichfrido in locatione ejusdem Ecclesie Lenchoven nobis scientibus, auctorizantibus et approbantibus taliter convenerunt, quod predictam Ecclesiam cum omnibus utilitatibus suis sibi locaverunt et comiserunt regendam et tenendam, annis singulis sub annua pensione, videlicet quadraginta scaffarum tritici solvendarum sibi de fructibus et obventionibus ipsius Ecclesie, aut ipsorum nomine celerario suo, qui pro tempore fuerit, in Civitate Ratispon. in die beati Martini, ipsius Reichfridi periculo et expensis, gradine, sterilitate, communi bello terre vel casu quolibet alio non obstante, in qua solutione si in parte vel toto negligens fuerit aut remissus, ex tunc predicto die beati Martini elapso, ab omni jure, si quod sibi ex locatione hmoi competebat, cecidit ipso facto, nullum jus aut spem gratie relocationis alicujus amodo habiturus, et nichilominus retenta

restituere tenebitur et neglecta, quam penam sepedictus Reichfridus similiter incidet ipso facto, si dotes, agros, vel pertinentias quaslibet Ecclesie memorate alienaverit simpliciter, vel potestati subjecerit laicorum, aut etiam clericorum commendaverit, nisi hoc specialiter de ipsorum confratrum nostrorum celerarii licentia processerit et assensu. Omnia etiam onera ipsius Ecclesie solus ipse Vicarius subportabit, excepto duntaxat, si papalem decimam imponi contigerit, tunc ipsum Capitulum de parte sua, et ipse Vicarius de parte residua tenebitur decimare. In cujus rei testimonium presentes litteras ad instantiam sepenominati Reichfridi dedimus, Sigilli nostri, nec non ipsius Reichfridi Sigilli robore communitas. Actum Ratispone anno dni 1312. secundo Idus Aprilis.

Duo Sigilla adpendent.

Num. DCCLXXXVII. 1312. 9. Nov. Ex Originali.

Magister Gregorius Canonicus cathedralis Ratispon. tradit Capitulo annuum Censum ex domo a se constructa pro suo anniversario.

Nos Chunradus dei gratia Ecclesie Ratisponen. Epus profitemur et constare cupimus presentium inspectoribus universis, quod cum dilectus confrater noster, Magister Gregorius nostre kathedralis Ecclesie Canonicus domunculam quandam cum suis attinentiis in fundo et area nostre inferioris Curie Ratispone inter portam superiorem ejusdem Curie et majorem coquinam nostram ibidem sitam, ante plures annos, ut tunc ex levibus et veteribus edificiis maxime ligneis a quondam Alberto dicto Vorsprech de consensu quondam dni Heinrici pie memorie predecessoris nostri constructam, a Matza ejusdem Alberti relicta adhuc superstite de nostro tunc consilio et assensu quoad vitam ipsius Magistri Gregorii et Friderici de Oetling sacerdotis, avunculi ejus pro tredecim libris denar. Ratisponen. numerate pecunie comparasset, et quoad omne jus tunc eidem relicte in dicta domuncula competens absolvisset, ac nihilominus postmodum de novo prioribus edificiis penitus dirutis ac collapsis aliis novis tam lapideis, quam ligneis, prout hodie apparet intuentibus, decentius restaurasset et pulcherius erexisset, ita, quod impensas hmoi pro restauratione et omnimoda renovatione ejusdem domuncule tunc et usque nunc per ipsum factas fere usque ad summam 60 librarum denar. Ratispon. requisitus in suam conscientiam estimabat: Idem confrater noster solerter prudens et cogitans, qualiter de impensis

eisdem posset aliquomodo pro anime sue remedio salubrius procurare, nobis humiliter supplicavit, ut de speciali benivolentia nostre auctoritatis procederet, quod, quicunque dicto Magistro Gregorio sublato de medio prenominatam domunculam nobis seu Successoribus nostris permittentibus, seu inhabitationem ejusdem domus, cuicunque placuerit, concedentibus, de cetero inhabitaverit seu inhabitare voluerit, venerabili Capitulo nostro seu obellario ipsorum, qui pro tempore fuerit, exinde solvat nomine census annis singulis decem solidos longiores denar. Ratispon. usualium in anniversario predicti Magistri Gregorii inter Canonicos confratres et Vicarios presentes in Choro juxta Ecclesie nostre consuetudinem pro celebratione predicti anniversarii, ad quam etiam se ipsum Capitulum astrinxit voluntarie, dividendos: cujus devotis supplicationibus, pensatis dignis ejus meritis et fidelibus obsequiis, que etiam nominato dno Heinrico predecessori nostro, quam et nobis per plures annos officiosa sedulitate studiosius exhibuit et adhuc nichilominus exhibere poterit, gratiosius annuentes, volumus et ordinamus, ut salvo pleno jure possessionis, inhabitationis, locationis et regiminis ejusdem domuncule ante omnia, nominato confratri nostro, quamdiu ipsum superesse contigerit, etiam in quocunque statu, ipso defuncto per quemcunque postmodum inhabitantem ex nostra seu Successorum nostrorum locatione seu concessione, que cum institutione et destitutione nobis perpetuo pertinebunt, pretacti decem solidi in termino seu terminis, in quo seu quibus ad officium obellarie census consimiles solvi consueverunt annis singulis, pro perpetua celebratione anniversarii supradicti secundum consuetudinem Ecclesie Ratispon. solvantur obellario venerab. Capituli nostri Ratispon. de prefata domuncula distribuendi, quemadmodum est premissum. In cujus rei testimonium presentes dedimus litteras Sigillorum nostri et predicti nostri Ratispon. Capituli robore communitas. Datum Ratispone anno dni 1312. V. Idus Novembris.

Sigillum Capituli illaesum adpendet, isto Epi avulso.

Num. DCCLXXXVIII. 1313. 14. April. Ex Originali.

Des Grafen von Hals Revers über die ihm überlassene Burgpfleg in Teisbach.

Wir Graf Albrecht von Hals verjehen an disem prief und tun chunt allen den, di in ansehent oder hörent lesen, daz uns unser liber hr. hr. Nyclas erwelter und bestäter ze einem pischof ze Re-

genspurch enpfolhen hat di purkh und di pfleg datz Teispach, und haben wir ez an in selben lazzen umb di purchhut, und wellen für gut haben, swaz er uns gern geit. Wir haben auch im gelobt und gesworen, ze dienen wider allermännichleich, auzgenommen wider unser Herrschaft Chünig Otten und Herzog Stephans Chint, und Herzogen Ludweigen, diweil der unser pflegär ist, und unsern pruder Graf Alramen von Hals, und unsern Oeheim von Schaunberch und Rosenberch mit der beschaidenheit, ob zwischen den vorgenannten jungen Fürsten und Pischof Nyclan icht Chriegs oder Unwillen aufgelouff, dez Gott nicht enwell, da suln wir fleizzikhleich und getreuleich arbaiten, daz wir ez ze guten pringen. Wirt uns dez paidenthalben nicht gevolgt, so mügen wir unser Herrschaft wider in helfen, als pilleich ist als vil, daz wir nach dem Widerbot, ob ez so fern gewüchs, in 2 Monaden dhainem seinen schaden trachten, noch werben schuln, und auch diselb weil sein pfleg als getreuleich und fleizzik schermen, als vor. Uns sol auch der vorgenannt unser Herr der Pischof Nycla herwider helfen und zulegen zu unsern Rechten getreuleich wider allermännichleich, on gein dem Reich und wider den Chünich von Behaim, und wider den Erzpischof von Salzpurch. Daz daz alles also stät beleib, geben wir disen prief dem egenannten Pischof Nycla von Regenspurch versigelten mit unserm Insigel ze einem Urchund. Der prief ist gegeben ze Regenspurch, do von Christes Gepurt waren 1313 Jar, an dem Osterabent.

Sigillum adpendet cum circumscriptione: S. Alberti. Comitis. de. hals.

Num. DCCLXXXIX. 1314. 16. Martii. Ex Originali.

Concessio horti in Stauf, ut exinde redigatur Vinea.

Nos Nycolaus dei gra Ecclesie Ratisponen. Epus presentibus profitemur, quod cum Perchtoldus dictus Günzlinger cuidam orto in Stauf sito in der Sultz in dem Prül, quem a nobis et Ecclesia nostra pro Censu sex carratarum fimi tenuit, vites inferre ipsumque in vineam redigere cogitaret, et a nobis peteret, ut sibi eundem ortum ad vitas quatuor personarum committere dignaremur: Nos considerantes, quod in hoc faceremus conditionem nostre Ecclesie meliorem, eundem ortum predicto Perchtoldo, nec non Leukardi uxori sue, et Diemudi filie Leukardis, et Alberto fratri Perchtoldi ad eorum vitas duximus conferendum, sic, quod a proxima prete-

rita purificatione per tres annos non plus, quam sex carratas fimi anno quolibet nobis solvere debeant ex eodem, et ipsum medio tempore suis expensis et laboribus in Vineam transmutare. Peractis vero tribus annis predictis 40. denar. Ratispon. usualium absque solutione fimi nobis et Ecclesie nostre annis singulis inde solvant. Predictis autem quatuor personis sublatis de medio ipsa Vinea ad nos seu Successores nostros libere devolvetur, nec heredes vel amici predictorum, aut quivis alter in ea sibi quidquam juris poterunt vendicare. In cujus rei testimonium presentes dedimus nostri Sigilli robore consignatas. Datum Ratispone anno dni 1314. sabbato ante dominicam Letare.

Sigillum Epi adpendet.

Num. DCCXC. 1314. 3. Jun. Ex Originali.

Jus patronatus Ecclesiae parochialis in Altenchirchen Dioecesis Eystett. pronuntiando adjudicatur Epo Ratisbonensi.

Nos frater Philippus *) Epus, Arnoldus prepositus, Chunradus decanus, totumque Capitulum Ecclie Eistett. presentibus litteris profitemur, quod cum Reverendus pater dnus Nycolaus venerabilis Epus Ratispon. instauraret et renovaret nobis litem et questionem, que dudum inter nos pro nobis et Ecclesia nostra ex parte una, et bone memorie quondam dnum Chunradum Ratispon. Ecclie Epum predecessorem suum pro se et Ecclia sua ex parte altera cepta, sed nondum diffinitive terminata extitit, super jure patronatus parochialis Ecclie Altenkirchen nre dioc. Eystett. cujus proprietatem jure dominii vel quasi utrimque nobis asseruimus pertinere, et in ejus possessione nos et Ecclias nras esse, et per plura tempora jam fuisse, quia cum ipso, quem specialem amicum habemus et reputamus, cordi nobis non erat, litigiose contendere, sed caritative et pacifice vivere cum eodem. Ut litium dispendia, et laborum et expensarum gravamina vitaremus, et in unione pacis et pristine dilectionis, ac amicitia maneremus cum eodem, sibi in hac parte Ratispon. Capitulo annuente magis Viam amoris, quam juris, et equitatis, quam rigoris super decisione ejusdem litis et totius cause duximus eligendam. Pretermissis igitur juris solempnitatibus, quibus sponte renuntiavimus utrobique,

*) Erat antehac abbas Monasterii Paris in Alsatia.

de plano sine strepitu et figura judiciorum, quomodo in causis Ecclcis procedi convenit et consuevit, per cuiusdam submissionis seu compromissionis modum ad determinationem dicte questionis incessimus ista Via; electis namque ex condicto tribus ex parte nra compromissariis, confratribus nostris dilectis dno Chunrado decano, Magro Chunrado de Arberch Canonicis Ecclie nostre, et discreto Viro Magro Wernhardo, et tribus ex parte altera Viris honorabilibus Magro Alberto de Chunigeswart doctore decretorum, Sifrido dicto Chastner, et Ulrico de Hohenvels preposito Spalten. Canonicis Ecclie Ratispon. plenam ipsis dedimus potestatem et diffiniendi auctoritatem super tota lite et materia questionis predicte, ita, quod quidquid ipsi sex Compromissarii prehabita inquisitione et investigatione diligenti apud seniores, saniores et meliores plebis parochie antedicte et alios bonos de vicinis ibidem diffinitive pronuntiarent concorditer de juribus utriusque Eccliarum predictarum, Ratispon. videlicet et Eystetten. in vendicatione juris patronatus prefati, absque omni contradictione appellationis et provocationis, vel cujuscunque juvaminis remedio ratum deberet a partibus inviolabiliter observari. Qui sex simul ad locum venientes et facta inquisitione, indagatione et perscrutatione semel ac iterum secundario accedentes et subrogantes, sicut ex forma poterant compromissi, in vicem et locum Magri Chunradi de Arberch predicti, qui propter infirmitatem suam tunc non potuit interesse, Zartonem cantorem nostrum rursus inquisierunt et perscrutati sunt, et diligentissime receptis multorum meliorum, saniorum et seniorum de vicinis et de plebezanis ejusdem Parochie Altenchirchen, quibus certius constitit de premissis juramentis, et finaliter aperte et attestationibus invenerunt, quod jus patronatus predictum ex donatione et traditione dni Chunradi de Lupurch, cujus erat ex derivatione a suis progenitoribus, Ratispon. Ecclie libere attinebat, ob quod ergo ipsi denegato jure nre Ecclie Eystetten. in jure patronatus predicto ipsum diffinitive pronuntiaverunt Ratisponensi Ecclie pertinere, quam pronuntiationem nos emologantes, sicut ex promisso tenemur, pro nobis et Ecclia nostra in perpetuum ratam habere volumus, ac ipsum jus patronatus eidem Ratispon. Ecclie recognoscimus et auctoritate presentium confirmamus, appendentes Sigillum nostrum, unacum Sigillis predictorum compromissariorum hiis litteris in testimonium super eo. Actum anno dni 1314. feria secunda post octavas Penthecostes.

Sigillum Epi Eystett. cum 5. aliis adpendet.

Num. DCCXCI. 1314. 7. Sept. Ex Originali.

Commendatio Eplis data collectoribus eleemosinarum pro Hospitali trans pontem Ratisbon. cum annexis Indulgentiis.

Nycolaus dei gra Ecclesie Ratisponensis Epus, universis decanis, plebanis ac aliis Ecclesiarum Rectoribus per Ratisponensem diocesim constitutis salutem in dno Ihu Xpo. Innotuit nobis, quod quidam ex vobis dilectos in Xpo fratres hospitalis nostri Ratisponensis, cujus promociones favore prosequimur speciali, ad vos pro colligendis elemosinis venientes occasione aliorum collectorum seu petencium interdum repellunt et admittere contradicunt; vel si quando admissi fuerint, tam per vos, quam Ecclesiarum vestrarum procuratores, qui Zechmaister vulgariter nuncupantur, immoderata porcio requiritur et recipitur ab eisdem. Quare vobis universis et singulis in virtute sce obediencie et sub pena suspensionis officiorum precipimus firmiter et districte, quatenus non obstante qualibet suspensione collectionis elemosinarum quocunque tempore per nos facta vel facienda, seu eciam alio quolibet petente exceptis nunciis nostre Kathedralis Ecclesie, quos omnibus aliis preferri volumus, ipsos fratres de cetero, quociens ad vos venerint, admittere in suis peticionibus debeatis, nec eciam collectarum per eos elemosinarum aliquam recipiatis vel per predictos procuratores permittatis recipi porcionem, nisi de ipsorum fratrum bona et spontanea voluntate vobis vel eisdem aliquid fuerit erogatum. Si vero dicti Zechmaister desistere noluerint a requisicione hmoi elemosinarum seu porcionum earundem, eos ad hoc per subtractionem divinorum per vos compelli volumus et arctari. Prefatum eciam hospitale per vos tanto majori diligencia diligimus et petimus, in suis negociis omni tempore promoveri, quanto eidem forcior incumbit necessitas ex multitudine, qua frequenter deprimitur, infirmorum. Nos eciam omnibus vere penitentibus et contritis, qui predicti hospitalis infirmis suas elemosinas dederint, 40 dies injuncte sibi penitencie misericorditer in dno relaxamus, ratas et gratas habentes Indulgencias alias, a quibuscunque dnis Archiepis seu Epis predictorum infirmorum traditas et concessas. Datum Ratispone anno dni 1314. Sabbato ante nativitatem beate Virginis.

Sigillum Epi appendet.

Num. DCCXCII. 1315. 28. Julii. Ex Originali.

Gerichtsbrief dem Pfarrer zu Naabburg über das Fischwasser daselbst ertheilt.

Wir Ortliep Zenger Phleger ze Nappurch, und Hainrich Zenger, derselben Stat richter tun chunt allen, die disen brief sehent, hörent oder lesent, daz herr Chunrat Pharrer ze Persen, do wir sazzen ze Nappurch in offem gericht, die Vischer von Nappurch ansprach, daz si im schaden teten an dem wazzer ze Nappurch oberhalben der Müle, daz si darin vüren verrer und öfter und mit mer geschires, als si von rechtz solten. Da sazten wir an unser paider stat den beschaiden Mann, den Wolf ze Nappurch und verantwortten mit sampt den Vischern die vorgenannte Ansprache, und wan der Chriech der genannten sache mit recht wart gezogen an di *eltisten* und di pesten, di auch von paiden Tailen benannt worden, do behabt nach derselben Sage der vorgenannt Chunrat Pharrer ze Persen uns und den ofstgenannten Vischern an mit rech*tem* recht, daz di Vischer ze Nappurch ze ainem mal in der Wochen an dem Mitichen, und nicht mer mit der Segen und mit nichtz andern solten varen in dem vorgenannten Wazzer untz an dem Wert und nicht verrer. Und daz di sache also sei bericht mit rechtem rechte, dez geben wir ze ainem Urchunde disen brief unter unser paider Insigel. Dez sint gezeugen: hr Hanns der Greul, Marquarth der Zenger, hr Jordan Pharrer ze Phreimt, hr Wolfram, Chunrat der Wollentshofer, hr Hainrich, hr Oswalt dez Pharrers gesel, hr Ulrich der Greul, hr Wolfhart der Zenger von Murach, hr Chunrat der Sneider von Murach, Ulrich der Trautenberger, hr Marquarth der Chürsener, Perchtold der Petzkhint, Ruger der Vel, Ruprecht von Auerbach, Ruger der Hupphel, Chunrat der Huter, Chunrat der Reimbot, und ander frommer Leut vil. Daz ist geschehen, do von unsers Herren gepurt waren 1315 Jar an sant Pantaleons Tag.

Duo Sigilla adpendent.

Num. DCCXCIII. 1315. 1. Dec. Ex Originali.

Numerus Sororum in Hospitali trans pontem Ratisbon. restringitur ad quinque.

Nos Nycolaus dei gracia Ecclesie Ratisponen. Epus, presentibus confitemur, quod pio et compassivo affectu inopie et utilitati pauperum et infirmorum hospitalis sce Katherine trans pontem Ra-

tispon. providere et consulere cupientes, quia multitudo Sororum, que recepta fuit hactenus in eodem, et ut magis augmentaretur, tam a Principibus, quam Nobilibus terre, et civibus Civitatis importunis precibus sepius instabatur, ipsorum pauperum paupertati nimis extitit onerosa, eoquod eedem Sorores, licet essent obsequiis pauperum deputate, magis volebant ministrari, quam pauperibus ministrare; et certe earundem in tanto numero non erat necessitas, nec pro eis et aliis, qui necessarii fiant ipsi hospitali, provisionis possibilitas affuit et facultas, deliberacione provida cum vener. nostro Capitulo habita super eo, de ejusdem consilio et assensu sequentes Vestigia bone memorie dni Chunradi quondam predecessoris nostri statuimus, et in perpetuum sic volumus et precipimus observari, quod numerus dictarum Sororum numerum quinarum non excedat, ita videlicet, quod iis, que nunc sunt, in statu solido remanentibus, postquam usque ad quinque mortue fuerint, nullo pretextu recipiatur alia, nisi prius una de illis quinque vel decesserit, vel ab ipso hospitali recesserit minime reditura: ipsas autem, que nunc sunt, et futuras Statutis et Ordinationibus bone memorie predecessorum nostrorum editis circa eas subjacere volumus, et ad suas regulares observancias decernimus obligatas. In cujus rei testimonium presentes Litteras Sigillo nostro, et Sigillo ipsius nri Capituli eidem dedimus communitas. Datum et actum Ratispone anno dni 1315. in Crastino beati Andree apli.

Sigillum Capituli adpendet, isto Epi avulso.

Num. DCCXCIV. 1315. 19. Dec. Ex Originali.

K. Bestättigung des dem Pfarrer zu Naabburg wider die Fischer daselbst ertheilten Urtheils.

Wir Ludwich von Gots genaden Römischer künich, ze allen Zeiten merer des Riches tun chunt allen den, die disen brief ansehent oder hörent lesen, daz wir die Urtail bestäten, und wellen, daz si ewichlichen stet und unzerbrochen beleibe, di der erber Mann Chunrat der pfarrer ze Persen vor offen Gerichte ze Nappurch hat behabt mit rechtem recht nach der erbersten und besten Sage wider die Vischer ze Nappurg, und ist auch diselb Urtail geantwurtet versigelt under Ortliebes und Hainriches der Zenger Insigel, und stet diselbe Urtail daran, daz die Vischer ze Nappurch in daz Wazzer oberhalb der Mül, daz ze Persen gehört, ze ainem mal in der wochen an dem Mitichen und nicht öfter mit der Segen und

mit nichtz anders sullen varen in dem vorgenannten Wazzer, untz an den Wird, und nicht verrer. Wir wellen auch, daz diselbe Urtail unbechrenchet beleibe von unserm Vitztum und Richtern und andern unsern Amptleuten, di nu seint oder hernach gesetzet werdent. Wer dawider täte, der täte gar swerlich wider unser hulde. Und ze Urchund der Bestetigung geben wir disen brief mit unserm künichlichen Insigel versigelt. Der ist geben ze Amberch des Freitags vor sant Thomas Tag, do man zalt von Christes geburt 1315 Jar, in dem andern Jare unsers Riches.

Sigillum est avulsum.

Num. DCCXCV. 1316. 3. Martii. Ex Originali.

Recognitio Comitum de Leonsberg de vendita advocatia Parochiae Oberdietfurt, renuntiata facultate reemendi.

Nos Wernhardus Comes de Lonsperch omnibus presentem litteram inspecturis cupimus esse notum, quod cum nos unacum fratre nostro dilecto, pie memorie Heinrico Comite de Lonsperch jus advocatie parochie Dietfurt vendidissemus, tradidissemus et assignassemus honorabilibus dnis, dnis preposito, decano totique Capitulo Ratispon. Ecclesie cum omnibus juribus, que ibidem habebamus, manu, consensu et auctoritate Reverendi in Xpo patris et dni dni Chunradi vener. dicte Ratispon. Ecclesie Epi, a quo eandem advocatiam tenuimus jure feodali, et potestatem seu gratiam reemendi ipsam advocatiam nobis predicti dni de Capitulo reservassent, ita, ut quandocunque vellemus, predictum jus advocatie possemus reemere, heredes, aut etiam successores nostri, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, attendentes, quod in officiis karitatis illis specialiter debemus nos reputare obnoxios, et ad beneficiorum augmenta liberalius debitores, inter quos et per quos crevimus, et de quorum consortio recognoscimus nos fuisse, juri seu gratie ac potestati predicte reemptionis in prefata advocatia liberaliter et absque omni conditione principaliter propter Deum cessimus et cedimus et simpliciter renuntiamus integraliter et in totum, volentes, ut nec nos, nec heredes nostri, si quos habere nos contingeret, aut nostri successores quicunque gratiam, potestatem aut facultatem habeamus, predictam advocatiam cum juribus in prefato instrumento super emptione ipsa confecto expressis aliqualiter reemendi, sed supradictis dnis de Capi-

tulo sepedicta advocatia inconcusse, inviolabiliter et inreempta perpetuo debeat remanere. In cujus rei testimonium presens Instrumentum ipsis dedimus Sigilli nostri munimine roboratum. Testes autem, qui interfuerunt, sunt hii: Ulricus Scholtorfer, Chunrat Hover, Ebo de Ernoltsveld, Wernhart Hover, Sitridus Eybech, Fridericus Veltchircher, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Ratispone anno dni 1316. V. Nonas Martii.

Sigillum cum Leone adpendet.

Num. DCCXCVI. 1316. 7. Martii. Ex Originali.

Donatio Juris patronatus Ecclíae Altendorf facta Parthenoni Niederviehbach.

Nos Wernhardus dei gra Comes de Lonsperch tenore presentium profitemur, et constare cupimus universis earum inspectoribus presentibus et futuris, quod in animarum nre, progenitorumque nrorum remedium plantule Monrii in Vihpach inferiori, cujus incrementum medullitus affectamus utpote structure seu fundacionis germani nri karissimi felicis recordacionis Comitis Perengeri, quo magis ad laudem dei in juribus, prerogativis et honoribus proficiat atque crescat, jus patronatus Ecclie Altendorf, quod ex successione paterna divisim nobis pertinuit, prout jure potuimus, assignavimus et assignamus, in ipsumque Monrium Vihpach inferius transtulimus et transferimus, ipsumque sibi pleno jure tradidimus et donavimus, tradimus et donamus solempni stipulatione spondentes, quod ad presentandum Rectorem dicte Ecclie, quocienscunque vacaverit, manum in antea non mittemus, cum ex donacione nra premissa jus presentandi Rectorem competere velimus priorisse et conventui monasterii supradicti. Assignacioni autem, translationi, tradicioni et donacioni premissis factis solempniter dicto Monasterio Vihpach inferiori Ratispone in Capella dni presentibus Priore et Conventu fratrum Heremitarum ordinis sci Augustini ibidem, interfuerunt presencialiter testes nichilominus infrascripti: Ulricus de Schalhdorf, Chunradus Hofaer, Ebo de Ernoltsvelden, Fridericus de Veltchirchen, Ludovicus Raetelchovaer, Wernherus Hofaer junior, Chunradus de Ottering, Syfridus Eybbech, Gotschalcus Grumm, Henricus de Wernsing. In testimonium peterea premissorum omnium, evidenciam atque robur Priorisse, Conventui ac Monrio prenotatis presentes damus Sigilli nri munimine roboratas. Datum et actum Ratispone anno dni 1316. in die beatarum Perpetue et Felicitatis Martirum.

Sigillum adpendet illaesum.

Num. DCCXCVII. 1316. 6. Maii. Ex Originali.

Ulricus de Au Vicarius generalis Ratisbon. instituit novum Praesentatum ad Parochiam in Roding ceu Vicarium.

Nos Ulricus de Aw prepositus Ecclesie sci Johannis Ratispon. ac Reverendi patris et dni dni Nycolai venerabilis Epi Ecclesie Ratispon. in spiritualibus Vicarius generalis presentibus profitemur, quod ad petitionem dni Hainrici honorabilis decani Ecclesie Bambergen. ac veri pastoris parochialis Ecclie in **Roting** Ratispon. dyoc. Chunradum sacerdotem dictum Wetvelder presentium exhibitorem, virum utique idoneum, hospitalem, in officio sacerdotali promptum et expertum vice et auctoritate dicti dni nri Epi Ratispon. in eadem Ecclia Roting pro perpetuo Vicario instituimus et Curam animarum plebis ejusdem parochie committimus sub testimonio presentium litterarum nri Sigilli munimine signatarum. Datum Ratispone anno dni 1316. II. Nonas Maii.

Sigillum cum effigie S. Joan. Bapt. et Scuto Auerorum adpendet.

Num. DCCXCVIII. 1316. 7. Sept. Ex Originali.

Teidigung wegen der Burg Vorchtenstein.

Ich Heinrich der Wülppe vergich offenlich an disem brief, daz zwischen minem herren Pischof Nycla von Regenspurch, und Otten dem Velber also getaidingt war ze Salzburch, da Künich Ludweig und Künich Fridreich, di da noch Herzogen waren, mit einander versünt wurden, daz derselbe Velber die purg **Vorchtenstain** mir und Heinrichen dem Hager ze Utter ingab und antwurtt, also ze halten, swenn mein herre Pischof Nycla von Regenspurch im dez Erzbischofs Wicharts von Salzburch, Künig Ludwigs, und seines Bruders Herzog Rudolfs, und des Herzogen von Kaernten Huld gewünne, so soln wir pede minem Herrn Pischof Nycla diselb purg antwurten, und damit tun, swaz er wolt, und solt daz geschehen vor Sunwenten, di darnach nähst chumt. Do cham min Herre der Pischof von Regenspurch hintz Neuching auf einen Tag gein den Künig Ludwig, und antwurtt demselben Velber dez Erzpischofs Wicharts von Salzburg, des Künigs Ludwigs und seins Bruders herzogen Rudolfs und des Herzogen von Kärnten offen brief, damit im di vorgenannten Fürsten ir hulde gaben, der denselben Velber nach

siner Vreunt rat do wohl genügt, und liez auch mich und den Richter von Utter an derselben stat ledich dez Gelübez, dez wir im getan heten um di vorgenannte purch, und hiez uns diselbe purch minem herrn dem Pischof von Regenspurch antwurtten und im geben, da manich Freie, Dienstmann, Ritter und Chnecht dabei waren, und daz di Red also wor sei, daz sprich ich auf minen Ait, und gib darüber minen brief mit minem Insigel versigelt. So vergich ich Ortlib der Paegner, Chunrad der Perger, Heinrich der Brobst von Paewern, daz di vorgeschriben Taidinch wor sint, und aller der sache den Velber wol genügt, daz sprechen wir alle drei auf unsern Ait, und haben ze ainem Urchund unser Insigel gelegt an disen brief, der ist geschriben, do man zalt von Christez geburtt 1316 Jar, an unser Vrowen Abent nativitatis.

Quatuor Sigilla integra adpendent.

Num. DCCXCIX. 1317. 25. Martii. Ex Originali.

Des Grafen Alrams von Hals Revers über die Burg-Pfleg in Teisbach.

Wir Graf Alran von Hals verjehen offenbar an dem brief, und tun chunt allen den, di in sehent oder hörent lesen, wan uns unser genädiger Herr Pischof Nycla von Regenspurch di purch und di pfleg datz Teispach gütlich und willichlich auf unser Treu und auf unser Ere enpfolhen hat, daz wir im gelobt haben bei unsern Treuen und ze den Heiligen gesworen, daz wir diselb purch und pfleg mit guten Treuen und ganzem Fleizze inne haben und versprechen wellen, und suln im di wider antwurtten, swelch stund er si selb oder mit sinen offen briefen und mit gewizzen boten wider vordert, und suln di dhein stund darnach lenger inne behaben umb dheinerlei sache oder Ansprache, di wir ze im oder ze seinem Gotshaus gehaben möchten. Swen auch wir an unser stat gein Teispach setzen, der sol unserm vorgenannten herren dem pischof, ob er bei dem land ist, oder seinen purgern daselbst einen Aid sweren, di purch wider ze antwurtten on all Widerred, swenn si der pischof vordert. Ob Got über uns gepeut oder wir gevangen würden in dem land oder auzzer landes, da uns Got vor behüt, so suln wir di umb dheinerlei sache oder Ansprache darüber lenger inne haben, als vorgeschriben ist. Man sol uns auch geben di gewönlich purchhut, di von Alter herchomen ist, und der sol uns

genügen. Geschäh auch, daz wir Chost täten in der vorgeschriben pischofs oder des Gotshaus Dienst, swaz uns darum sein Rat haizzet nemen oder lazzen, dez suln wir volgen, und suln darumb dem pischof, noch dem Gotshaus fürbas dheinen schaden werben mit pfantung oder mit andern sachen. Wir suln auch von derselben purch dheinen Chriech anvahen, noch halten on Gevärd, der den pischof oder daz Gotshaus nicht angé, davon im schad oder Gebrest aufgestén möcht. Ez suln auch unser aigen Läut nicht cheren mit Heirat ze dez Gotshaus Läuten on dez pischofs wizzen und Urlaub: geschäh ez darüber, so sint unser Läut, di hierüber gechert sint, fürbaz dem Gotshaus gevallen mit Aigenschaft mit allen iren Chinden; und darüber ze einem Urchund geben wir im den brief versigelten mit unserm Insigel. Daz ist geschehen ze Teyspach, do man zalt von Christes gepurt 1317 Jar, an unser Freuentag in der Vasten.

Sigillum adpendet.

Num. DCCC. 1317. 29. Martii. Ex Originali.

Nicolaus Epus donat Hospitali trans pontem Ratisbon. Villam Hettingen.

Nycolaus dei gratia Ecclesie Ratispon. Epus, universis presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera Salus. Si moderni Cursum temporis provida meditatione pensamus, nihil in eo stabile seu delectabile reperimus, cum sit vita brevis, via lubrica, mors incerta, nihil certius hora mortis, nec in humanis rebus occurrit pulchrum aut appetibile, quod soliditatem spondeat, sed relictis quibusdam vanis occupationibus, sensibus hominum more nebule currentis velociter singula dissolvuntur. Ut igitur post variabilis et labentis evi decursum, quod non absque fatigatione continua toleramus, eterne quietis solatium mereamur attingere, hoc potissimum et precipuum fore censemus, ut qui secularibus distracti negotiis, devotis moribus ac sinceris actibus divine laudis preconio jugitur nequimus intendere, beneficiorum saltem et elemosinarum karitative dispensationi ferventibus desideriis pro possibilitate virium insistamus. Quam ob rem miserande miserie miserorum Hospitalis nostri, quod in pede pontis Ratispone situm esse dinoscitur, ex internis compatientes visceribus Villam nostram Hettingen, inter Wizzenburch oppidum et Ellingen domum Theotunicorum Eystetten. dyoc. positam, de plena nobis et libera donatione Serenissimi quon-

dam dni nri, dni Heinrici Romanorum imperatoris pertinentem juxta continentiam litterarum suarum, eidem hospitali donavimus et tradidimus, prout ex indulto dicti dni Imperatoris potuimus, cum omnibus utilitatibus, juribus et pertinentiis ipsius in proprietatem et jus hospitalis predicti retinendam et proprietatis titulo possidendam, statuentes auctoritate presentium, quod Villa predicta tota vel in parte, quacunque necessitate seu voluntate suadente ab eodem hospitali nullo unquam tempore distrahatur per obligationis, precarii vel alienationis modum alium cuicunque, alioquin ex tunc ad nos et Ecclesiam Ratispon. dicte Ville proprietas et utilitas plenarie revertetur. Ut autem ex hmoi donatione remedii pauperibus ipsius hospitalis diversis afflictionum et angustiarum affectis tedio consolationis alicujus beneficium ac nobis sperate, nec non disiderate salutis effectus attingat, fratres et sorores, Sacerdotes ceterique ministri dicte domus decantando solempniter singulis annis abhinc in antea III. Kal. Maii Vigilias mortuorum, et sequenti die, hoc est in Vigilia apostolorum Philippi et Jacobi missam defunctorum prenominati dni Heinrici Imperatoris, dne Margarete consortis sue, dni Ludovici Romanorum Regis, Progenitorum nostrorum, simul et nostrum anniversarium perpetuis temporibus fideliter observabunt, ac in die festo dictorum apostolorum Magistro hospitalis, qui fuerit, octo denar. usuales, et Magistre Sororum totidem, singulis autem fratribus et Sororibus presentibus eisdem officiis quatuor denarios paratos, unicuique vero pauperum potum Vini competentem cum aliquali ferculo tenebuntur ministrare. Et hec omnia et singula per eosdem fratres et Sorores atque ministros in remissionem peccatorum nostrorum sub attestatione districtissimi judicii et extremi hortamur et precipimus efficaciter adimpleri, ad quod exequendum frater Fridericus magister, ceterique fratres et Sorores dicti hospitalis per juramentum prestitum pro se, suisque Successoribus se firmiter astrinxerunt sub aliis certis penis, que in litteris eorum super eo nobis traditis plenius continentur. In cujus rei testimonium presentes litteras nostro Sigillo jussimus communiri. Datum Ratispone anno dni 1317. IIII. Kal. Aprilis.

Sigillum Epi integrum appendet.

Num. DCCCI. 1317. 6. Maii. Ex Originali.

Venditio Praedii in Kaunhof ad Parochiam Persen.

Rat und Wissen, als ferner das Geld gereichen mag on Gever, und das sollen die also handeln nach iren Treuen, als sie immer treulichst können und mügen, und als sie Gott darumb antworten wöllen, das es an die Statt, dahin es der obgenannt Herr Heinrich der Wilbrant sel. geschaft und gemaint hat, ewichlich dienent und wartend sei, als ander des obgenannten teutschen Hauses aigen Gut und Gült, und dabei also ein Beleiben hab treulichen, on Gever. Und wann ich obgenannter Leupold der Gumprecht nicht mehr Cammerer wär oder abgieng, ehe das das vorgenannt Gelt gar angelegt würde, so soll der Cammerer, der je nach mir wird, dem vorgenannten Haus zu sant Gilgen einen solchen brief geben, als der gegenwärtig brief steht auf die Summe Geltes, die annoch vorhanden ist, und nicht angelegt war, on Widerred und on alles Gever. Und bei den sachen und handlungen sind gewesen der hochwürdig Fürst, Herr Albrecht Bischof zu Regenspurg, und die Erwürdigen weisen Herren und Gebietiger, hr Hanns von Weningen Commenthur zu Kapfenburg, hr Franz von Wildenstain Commenthur zu Ellingen, hr Wilhalm von Säckhendorf Commenthur zu Mässing, hr Hanns Gumppenberger Commenthur zu Werd, und der edel Herr Hadmar Herr zu Laber der Alt, und der weise veste Ritter hr Hainrich der Notthaft zu Wernberg Viztum in Nidernbaiern, und andere erbare Leuth genug. Und des alles zu Urkhunt gib ich obgenannter Leupold der Gumprecht, an der Zeit der Statt Cammerer dem Commenthur und dem Haus zu St. Gilgen den brief besigelten mit meinem anhangenden Insigel, das ich an den brief gelegt hab nach Heissen meiner Herren vom Rat, der vorgeschriben Sache zu einer Gedächtnuſs, mir und meinen Erben unentgolten. Das ist geschehen nach Christi Geburt im 1416 Jahr, des nächsten Montags nach sant Jacobstag des heiligen Zwölfpothen.

Num. MXXII. 1417. 26. Maii. Ex Originali.

Albertus Epus Ratispon. confirmat Capellaniam Ecclesiae in Maerching filialis ad Parochiam Pfoering, quam olim nobiles de Abensberg fundarunt, et modernus Capellanus Rugerus Haelmel dotavit, cujus bona ac redditus annotantur. Epus insuper mandat, ut capellanus hebdomodatim missam in Altari S. Hypolithi quavis feria quinta dicat, pro qua missa de dote S. Stephani in Vorcheim percipit unam scaffam siliginis, duas aucas, quatuor gallinas, et quatuor caseos; reliquis diebus autem capellanus celebret missam in capella B. M. V. in Maerching,

ac in servitiis divinis plebanum in Pfoering adjuvet. Datum Ratisponae die 26. mensis Maii, anno Domini 1417.

Sigillum Epi illaesum adpendet.

Num. MXXIII. 1417. 10. Augusti. Ex Originali.

Arbitrament über die Einlösung der Veste Hohenburg im Nordgau aus Hochstift.

Von Gotes genaden wir Friederich Marggraf zu Brandenburg, des H. R. R. Ertzkamerer und Purkgraf zu Nürnbergk, Georg Bischof zu Triendt, und Seyfried Abbt zu Ellwangen bekhennen offenlich mit dem Brief, dals wir eine Taidung beredt und gemacht haben zwischen dem hochgepornen Fürsten, Herrn Ludwigen Pfaltzgrafen zu Mortey an einem, und dem Erwürdigen Herrn Albrechten Pischofen zu Regenspurg an dem andern Theil, als von der Veste Hohenburgk wegen gelegen im Norckhaue in solcher Mass, dafs derselbe Hertzog Ludwig, oder sein Erben, oder sein Anwald, — ob er pei dem Land nicht enwär, — demselben Herrn Albrechten Pischofen zu Regenspurg, seinem Kapitel, oder seinen Nachkhomen die vorgenannte Veste Hohenburgk mit allen ihren Zugehören zu lösen geben soll auf unser Frauentag Lichtmessen schirist kommend, 14 Tage vor oder 14 Tag nach ungeferlich, um sibenthalb tausend Gulden ungarisch, wann sie des in derselben Zeit an obgenannten Hertzogen Lndwig begehren, und auf welchem Tag der obgenannte Pischof von Regenspurg, oder sein Kapitl die Lösung und die Zahlung thun wöllen, die zu Regenspurgk geschehen soll. Das sollen sie dem vorgenannten Hertzogen Ludwig, seinen Erben, oder seinem Anwalt 14. Tag zuvor zu wissen thun gein Inglstat, und wan sie die Zahlung also getan haben, so sol er In das Schlofs mit sampt allen briefen, die er darumb oder darüber hat, zu stundt an einantworten, als er defs seinen brief, und der von Regenspurkh widerumb seinen brief geben habent, also, dafs ains mit dem andern zugehe und kain Verzuch daran beschehe, getreulich on alles Geverde. Und soll auch derselb Hertzog Ludwig die heurige Nutzung und Gült, und die vergangen Ausständt davon einnehmen. Und ob er, oder sein Amptläut dieselb Nutzung oder Gült in der Zeit nicht gar einbrächten, so sollen In des obgenannten von Regenspurgk Amptläut darzu verholfen sein, sie einzubringen von den, die also schuldich wären, und zu den Zeiten auf den Gütern sitzen,

dafs sie ir Hab und Gut erlangen mügen on Geverd; doch sol der Hertzog kain ungewonlich Steuer von den Leuten nehmen. Auch sol der égenannt Pischof von Regenspurgk den brief, der da sagt 2400 ungarisch auf Porgen, und ander brief einantworten und übergeben mit sampt den sibenthalb tausend Gulden, so er die Losung thut, dann von etlicher Clainot wegen, die Pischof Johannes seliger vom Hertzogen Ludwig soll inngehabt haben. Darumb soll sich Hertzog Ludwig und der von Regenspurgk zu beider Seit erfarn. Wollte dann Hertzog Ludwig sich mit seiner Foderung mit dem von Regenspurgk nicht vertragen, so soll er umb des Rechten vor seinem Kapitel des Thumbs zu Regenspurgk gehorsam sein, darob sich Hertzog Ludwig begnügen soll lassen. Und des zu Urkhund haben wir obgenannter Marggraf Friedrich, Georg Pischof zu Triendt, und Seifried Abbt zu Ellwang als Schiedleut unser Insigl an diesen brief gehangen, der geben ist zu Costnitz, als man zält von Christi Gepurt 1417. Jar, an St. Lorenzen Tag.

Tria Sigilla adpendent.

Num. MXXIV. 1417. 27. Sept. Ex Originali.

Revers des Herzogs Ludwig, die Veste Hohenburg dem Hochstifte gegen den Pfandschilling zurückzustellen.

Wir Ludwig von Gottes genaden Pfaltzgraf bei Rhein, Hertzog in Baiern und Graf zu Mortein bekhennen offenlich mit dem brief für uns und unser Erben und Nachkhomen umb die Vest Hohenburgk, gelegen auf dem Norkhaue, die uns verpfendet ist, dafs wir dieselb Vest mit all iren Zugehören und briefen, die wir darumb haben, dem Erwürdigen Herrn Albrechten Pischofen zu Regenspurg, oder seinen Nachkhomen, oder dem mehrern Tail des Kapitels, — ob nicht ein Pischof enwär, — zu lösen geben sollen und wöllen auf unser Frauentag zu Lichtmessen schirist, 14 Tag vor oder 14 Tag, die nächst darnach khomen, on alles Verziehen und Eintrag um siebenthalb tausend guter ungarischer Gulden; derselb Summ Gulden sein uns jetzo hie zu Costnitz zehn hundert, und 440. gein dem Vitzdom Heinrich Notthaft ausgericht und darumb abgezogen, so habent sie uns 560 fl. bereits auch jetzo hie zu Costnitz ausgericht und bezahlt, das thut alles 2,000 fl. derselben 2,000 fl

wir sie quitt, ledig und los sagen mit dem brief, *) es bestèn dann noch fünfthalb tausend Gulden ungarisch. Also geloben wir bei unsern Treuen, wan sie die Losung in der obgenannten Zeit also thun wollent, so sollen sie dieselb fünfthalb tausend guter ungarischer Gulden und den brief, der da sagt über 2,400 fl von unserm Vater sel. gein Kelhaim in die Statt in Heinrichs Notthafts des Vizdombs in Niederbairn, oder in seines Anwalds, ob er selbs nicht bei Landen enwär, gewalt legen und antwurten; und wan sie das alles gethan habent, und uns oder unserm Anwalt das der égenannt Notthaft oder sein Anwald schreibet und wissenlich machet in unser Statt gein Ingolstatt, daſs sie das Gelt und brief, — als oben geschrieben ist, — also in ir Gewalt habent, so sollen wir dann zu Stundt an schaffen und bestellen, daſs demselben Pischof von Regenspurgk, oder seinen Nachkhomen, oder dem merern Tail des Kapitels daselbst, — ob nicht ein Pischof enwär, — die Veste Hohenburgk mit allen iren Zugehören zu iren Handen eingeben und einantwurten, getreulich und on Gever, und on alles Verziehen. Und wan das also geschehen ist, so soll uns dann derselb Heinrich Notthaft oder sein Anwald die obgenannten fünfthalb tausend Gulden ungarisch, und die obgenannten brief einantwurten on alles Eintragen, auch getreulich und on Geverd. Wär aber, daſs sie die Losung in der vorgeschriben Zeit nicht thäten, so sollen wir Niemandt fürbas umb die Taidung nichts schuldich sein, die unser lieber Brueder Marggraf Friedrich zu Brandenburg, Herr Georg Pischof zu Triendt, und Herr Seifried Abbt zu Elwangen zwischen uns gethan haben. Wir sollen auch fürbas in der Zeit khain ungewonlich Steur auf die arm Leut legen oder von in begern in khain Weis; doch sollen wir alle vergangen Gült und Schuld, die uns die arm Leut daselbs noch schuldig wären, von in einbringen mit sambt der heurigen Gült zu unserm Nutz, und ob sie des in der Zeit, als wir das Schloſs übergeben werden, nicht bezahlen möchten, so sollen doch fürbas des Gottshaus zu Regenspurgk Amptleuth uns geholfen sein, die Schuld einzubringen von dem, die noch schuldig seind, on Gever nach Laut und Sag der brief, die wir darumb haben. Zu Urkhundt des briefs, der geben ist mit unser Hand ge-

*) Der Ueberrest von 4,500 fl ungarisch ward im folgenden Jahre an Erhard Muckenthaler, des Herzogen Ludwigs Haushofmeister in Ingolstadt entrichtet, wie dessen Quittung dd. Mondtag nach Reminiscere ausweiset.

zeichnet und mit dem anhangenden Insigl besigelt zu Costnitz am Mondtag vor sand Michaelstag nach Christi Gepurt im 1417 Jar.

Sigillum Ducis adpendet.

Num. MXXV. 1418. 14. Jan. Ex Originali.

K. Mandat über die zum Hochstift einzulösende Veste Hohenburg auf dem Nordgau.

Wir Sigmund von Gottes genaden Römischer König, zu allen Zeiten Merer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien etc. König, bekhennen und thuen khunt offenbar mit diesem brief allen den, die in sehen oder hören lesen, daſs vor unser Mayestät zwischen dem Erwürdigen Albrechten Pischofen zu Regenspurg, unserm Fürsten und lieben Andächtigen, und dem hochgepornen Ludwigen Pfalzgrafen bei Rhein, Hertzogen in Bairn, und Grafen zu Morteyn, unserm lieben Oheim und Fürsten von der Veste Hohenburg wegen auf dem Norkhau gelegen getaidingt worden ist, also, daſs derselbe Hertzog Ludwig dem ègenannten Albrechten Pischofen, oder den vesten Christophen oder Heinrichen Parspergern unsern und des Reichs lieben Getreuen statt des ègenannten Pischofs die egenannte Veste Hohenburg vom Sonntag schirist khomend über 8. Tag, der da wird der Sonntag vor Conversionis sancti Pauli, eingeben und on alles Verziehen einantworten soll. So soll auch der vorgenannte Albrecht Pischof dem obgenannten Ludwigen Hertzogen von der ausgelegten Gült und Schuld wegen wiederum thuen, was alsdann der edle Heinrich Notthaft Vitzdom in Nidernbairn, unser und des Reichs lieber Getreuer nach baider Tail Fürbringung erkhennen wird; und was er also zwischen in getaidingt hat, dabei sollen dieselben baide Taile bleiben und das halten, und auch ein ganz Benügen daran haben. Auch seindt bei solchen vorgenannten Taidingen, die also vor uns beschehen seindt von der obgenannten Veste wegen, diese nachgeschriben Zeugen gewesen, die Erwürdigen Johannes Erzbischof zu Ryg, Georg Pischof zu Passau unser Canzler, Fürsten und liebe Andächtige, die hochgebornen Friedrich Marggraf zu Brandenburg, des H. R. R. Erzkammerer und Purggraf zu Nürnberg, und Bernhard Marggraf zu Baden, unsere liebe Oheim und Fürsten, die wolgebornen Graf Günther zu Schwartzenburg, Herr zu Ranyſs unser Hofrichter, und Ludwig Graf zu Oet-

tingen unser Hofmeister, alle unser Räth und liebe Getreuen; Solcher Taidung zu einer merern Bekhanntnufs wir auch unser Römisch - Königliches Insigl mit der obgenannten Albrechten Pischofs und Ludwigs Hertzogen Insigeln an diesen brief haben hängen lassen. Gegeben zu Costnitz nach Christi Geburt im 1418 Jar, des Freitags vor St. Antoni Tag, unsrer Reich des hungarischen in dem 31. und des Römischen in dem achten Jar.

Tria Sigilla adpendent.

Num. MXXVI. 1419. 10. Februarii. Ex Originali.

Confirmatio Eplis incorporationis Parochiae Kelheim facta Monasterio Hailsbrunn Ord. Cisterc.

Albertus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratisponen. universis et singulis Christi fidelibus presentium inspectoribus cum infrascriptorum notitia salutem in Domino et omne bonum. Pia opera piis devotorum affectibus laudabiliter inchoata tam debitis, quam studiosis conatibus effectui debito nos convenit mancipare, ne, quod ad divini cultus augmentum est actum, ad ejus diminutionem tendere videatur. Cum itaque venerabiles et religiosi fratres, domini Abbas et Conventus Monasterii beate Marie Virginis in Hailsprunn Ordinis Cistercien. Eystetten. Dioc. ut fide digno didicimus testimonio, ante 50. annos proxime revolutos propter exercitum dive memorie quondam Serenissimi Principis Domini Ludovici Romanorum Imperatoris semper Augusti, quem pro conservatione reipublice in partibus et locis dicti Monasterii circumvicinis idem Imperator habuit, multiplicia pafsi dampna, pro eorundem refusione ab eodem Imperatore jus patronatus Ecclesie parochialis in Kelheim nostre Diocesis, quod ad eundem Imperatorem suosque posteros notum fuit pleno jure pertinere, sibi et in se transfundi meruerint, accedentibus consensibus heredum ac Successorum ejusdem Imperatoris, obtenta Confirmatione Sedis apostolice, et tandem conclusive legitima Confirmatione sacrosancte generalis synodi Concilii Constantien. in modum et forma, quod, quandocunque eandem Ecclesiam in Kelheim vacare contigerit ex cessione vel decessione Rectoris dicte Ecclesie, qui tunc erat, vel aliàs Ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente, dicti domini abbas et conventus possessionem ejusdem Ecclesie eis ex donatione, substitutione, confirmationibus

predictis plenissimo jure incorporatam possint apprehendere, ipsam intrare, possidere et in suas proprietates et usum applicare, servata tamen portione congrua Vicario per ipsos ad eandem presentando, qua quidem portione Vicarius pro tempore ibidem existens possit onera Ecclesie sufferre, hospitalitatem, victum, amictum et statum congruentem tenere, jura papalia et episcopalia persolvere, ac alia quomodolibet onera incumbentia subire; — et cum nuper prefata Ecclesia parochialis in Kelheim ex libera resignatione quondam domini Bartholomei Redwitzer pro tempore Rectoris ejusdem vacaverit, ipsique domini abbas et Conventus predicti juxta tenores et vigorem apostolicarum, imperialium et executorialium litterarum possessioni premisse Ecclesie in Kelheim, ut prefertur, eis incorporate intraverint, nobisque pro Vicario perpetuo ejusdem primo dilectum in Christo Nicolaum Widenmann, ac deinde ex causa permutationis dilectum in Christo quondam Johannem Kratzer presbyteros nostre Diocesis pro ipsorum in dicta Ecclesia perpetuis Vicariis successive presentaverint, qui etiam a nobis ejusdem presentationis vigore beneficium institutionis nostre ordinarie promeruerunt obtinere, quo quidem Johanne Kratzer nuper vità functo, dicti domini abbas et Conventus tanquam veri ejusdem Ecclesie possessores et patroni dilectum nobis in Christo dominum Fridericum Puchleitter presbyterum nostre Dioc. ad presens Vicarium ibidem similiter per nos investiendum nobis presentaverunt, qui etiam tanquam idoneus et a veris patronis nobis presentatus auctoritate Ordinaria solempnissime, prout fieri debuit, canonice est institutus; quare pro parte dictorum venerabilium dominorum abbatis et Conventus Monasterii in Hailsprunn nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super premissis per nostras collaudationis, confirmationis et ratificationis litteras et auctoritate nostra ordinaria providere dignaremur, ne futuris temporibus quovis modo verti possit in dubium, premissa omnia et singula absque auctoritate nostra Ordinaria et consensu nostro fuisse et esse attemptata et expedita: Nos igitur Albertus Epus Ratisponen. considerantes, petitionem ipsorum hmoi fuisse et esse consonam rationi, desiderantesque ipsorum laudabile propositum quoad divini cultus augmentum in hac parte favorabiliter confovere, omnia et singula premissa, prout rite et rationabiliter impetrata, obtenta, confirmata, taxata et executa sunt, ac in futurum taliter observanda et possidenda, dicta auctoritate nostra Ordinaria rata et grata habentes omni meliori modo, via, forma et causa, quibus melius de jure valere potest, collaudamus, ratificamus, confirmamus, ac robur habere de-

cernimus perpetue firmitatis presentibus in hiis scriptis, salvis tamen semper nostris et Successorum nostrorum juribus Ordinariis universim et singulariter, quod cedente vel decedente perpetuo ipsorum Vicario memorate Ecclesie in Kelheim dicti domini abbas et conventus nobis et Successoribus nostris perpetuis temporibus, quotiens necessarium fuerit, alium idoneum presbyterum secularem infra tempus debitum in eorum perpetuum Vicarium auctoritate Ordinaria ibidem instituendum presentare procurarent. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium premissorum presentes nostre collaudationis et ratificationis litteras majoris Sigilli nostri jussimus appensione communiri. Datum Ratispone sub anno Domini 1419. die vero decima mensis Februarii.

Sigillum Epi nonnihil laesum adpendet.

Num. MXXVII. 1419. 15 et 16. Maii. Ex Originali.

Anno et diebus praenotatis Epus Albertus celebravit Synodum, in qua publicata fuere statuta provincialis Concilii anno 1418. ab Eberhardo III. Archiepiscopo Salzeburgensi post solutum Concilium Constantiense habiti. Constant 34. Titulis, et habentur apud Dalham Concil. Salisburg. p. 167 — 187. Publicatis hisce statutis provincialibus ex mandato et loco Epi Alberti venerabilis vir dominus Wernherus Aufliger Canonicus Ratisbonensis et Vicarius in Spiritualibus generalis hanc admonitionem publice pronuntiavit.

Fratres et Sacerdotes Domini! Cooperatores Ordinis nostri estis, nos quidem quamvis indigni locum Aaron tenemus, vos autem locum Eleasari et Itamari, nos vice duodecim Apostolorum, vos autem ad formam septuaginta discipulorum estis, nos pastores vestri sumus, vos autem pastores animarum vobis commissarum, nos de vobis rationem reddituri summo pastori Dno nostro Jesu Christo, vos de plebibus vobis commendatis; et ideo Charissimi! videte periculum vestrum: admonemus itaque et obsecramus fraternitatem vestram, ut, quae vobis suggerimus, memoriae commendetis et opere exercere studeatis. Inprimis admonemus, ut vita et conversatio vestra irreprehensibilis sit, et in domo vestra foeminas non habeatis; omni nocte ad Nocturnas surgite, cursum vestrum horis destinatis decantate, missarum celebrationes religiose peragite, corpus et sanguinem Domini cum timore et reverentia sumite, Vasa sancta manibus propriis abluite et ex-

tergite: nullus cantet missam, nisi ieiunus, nullus cantet, qui non communicet, nullus cantet sine amictu, alba, stola, casula; et haec vestimenta nitida sint et ad nullos alios usus adhibeantur, nulla foemina ad altare Domini accedat, nec calicem Domini tangat, nullus in ligneo vel in vitreo calice audeat missam celebrare, corporale mundissimum sit et altare coopertum mundissimis lintheis; super altare nihil ponatur, nisi capsae et reliquiae, quatuor Evangelia, pixis cum corpore Christi et Viaticum pro infirmis, cetera in nitido loco recondantur. Missale, Plenarium, Lectionarium et Antiphanarium unusquisque habeat, locus in Secretario aut juxta altare sit praeparatus, ubi aqua effundi possit, quando vasa sacra abluuntur, et ubi vas nitidum dependeat, et ibi Sacerdos manus lavet post Communionem. Ecclesiae sint bene coopertae et cameratae, et atrium sepe munitum; nullus extra Ecclesiam in domo aut in locis non consecratis missam celebret. Omnis Presbyter clericum habeat vel scholarem, qui Epistolam legat et ad Missam respondeat, et cum quo Psalmos legat. Infirmos visitate et eos reconciliate, et juxta Apostolum oleo sancto ungite, propria manu communicate, et nullus praesumat Communionem tradere laico ad deferendum infirmo. Nullus vestrum pro baptizandis, infirmantibus visitandis, aut infirmis reconciliandis aut mortuis sepeliendis praemium vel munus exigat. Videte, ne per negligentiam vestram ullus infans sine baptismo moriatur; nullus vestrum sit litigiosus et ebriosus, quia servum Dei non oportet litigare; nullus arma ferat in seditione, quia arma vestra debent esse spiritualia; nullus canum et avium iocis inserviat. Nolite in tabernis bibere; unusquisque vestrum, quantum sapit, plebi suae de Evangelio vel de Apostolo die dominica vel festivis diebus annuntiet; verbum Domini debetis praedicare; curam pauperum peregrinorum et orphanorum habete, et eos ad prandium vestrum invitate, estote hospitales, ut a vobis alii bonum exemplum sumant; omni die dominica ante Missam aquam benedictam facite, unde populus aspergatur, et ad hoc solum Vas habete; Sacra vasa et vestimenta sacerdotalia nolite in vadium dare negotiatori aut tabernario; nullus vestrum minus digne poenitentem cujuscunque rei gratia ad reconciliationem accipiat et adducat, aut ei reconciliationis testimonium ferat; nullus vestrum usuras exigat et conductor sui foenoris existat. Res et facultates, quas post diem ordinationis vestrae acquiritis, sciatis ad Ecclesiam pertinere; nullus sine scientia et consensu nostro Ecclesiam acquirat, nullus per potestatem Saecularium Ecclesiam obtineat, nullus per pecuniam Ecclesiam supplantet, nul-

lus Ecclesiam, ad quam titulatus est, dimittat et ad aliam quaestus gratia migret, nullus plures Ecclesias teneat sine adjutorio aliorum Presbyterorum; nullatenus una Ecclesia inter plures dividatur, nullus alterius parochianum, nisi in itinere vel si sibi placitum fuerit, ad missam recipiat, nullus in alterius Parochia missam cantet absque proprii Presbyteri voluntate et rogatu, nullus decimam ad aliam Ecclesiam pertinentem recipiat, nullus poenitentem permittat carnem manducare et vinum bibere, nisi pro eo ad praesens eleemosynam faciat, nullus praesumat baptizare in Vigiliá Paschae et Pentecostes, nisi in periculo mortis; unusquisque fontes lapideos habeat, et si non potest habere lapideos, habeat vas aliud ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat. Videte, ut omnibus parochianis vestris Symbolum et orationem dominicam insinuetis. Jejunium quatuor temporum et rogationum, et Letanias majores plebibus vestris omnino observandum insinuate; feria IV. ante quadragesimam plebem ad Confessionem invitate et ei juxta qualitatem delicti poenitentiam injungite. Tribus temporibus in anno, id est, in natali Domini, Paschá et Pentecoste omnes fideles ad Communionem corporis et sanguinis Domini accedere admonete, certis temporibus conjugatos ab uxoribus abstinere exhortamini, eulogias post missam in diebus tribuite festivis; nullus induatur vestibus laicalibus; nullus rem aut possessionem aut mancipium Ecclesiae vendere, aut commutare, aut quocunque ingenio alienare praesumat: diem dominicam et alias festivitates absque opere servili a Vesperà in Vesperam celebrari docete, cantus et choros mulierum in atrio Ecclesiae prohibete, carmina diabolica, quae super mortuos vulgus facere solet, et cachinos, quos exercet sub contestatione Dei omnipotentis, vitate; cum excommunicatis nolite communicare, nullus illis praesentibus praesumat missam celebrare, sed et plebibus vobis commissis hoc annuntiate. Ad nuptias nullus vestrum eat, omnibus denuntiate, ut nullus uxorem accipiat, nisi publice celebratis nuptiis, raptum foeminarum omnimode prohibete, et ut nullus ad proximam sanguinis sui accedat aut talem sponsam ducat. Pastores in festivitatibus vel die dominicá ad missam facite venire; Patrini filiolis suis Symbolum et orationem dominicam insinuent vel insinuari faciant; chrysma semper sub sera sit aut sub sigillo propter quosdam infideles. Volumus autem, fratres charissimi! quatenus, quae nostra percepistis traditione, (quantum humana patitur infirmitas,) bonis studeatis operibus adimplere praestante Domino nostro Jesu Christo.

Num. MXXVIII. 1419. 11. Junii.

Confoederatio Cleri Provinciae Salisburgensis ad tuendam immunitatem ecclcam inita.

Nos Eberhardus Dei gratia Archiepus Salisburgensis, S. Sedis Apostolicae Legatus, Nos ejusdem gratia Hermannus Frisingensis, Albertus Ratisbonensis, Bertholdus Brixinensis, Ernestus Gurcensis, Englmarus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, et Wolfgangus Lavantinus Episcopi, et Provinciae Salisburgensis Suffraganei hisce patentibus attestamur pro nobis et Successoribus nostris. Postquam pro bono publico praetactae Provinciae ad recuperandam immunitatem ecclcam et bonum regimen Concilium provinciale octava post festum S. Martini die in urbe Salisburgensi per nos Archiepum Eberhardum convocatum et rite celebratum fuit, ubi inter caetera ad dictum Concilium diversi defectus, gravamina et importunitates delata fuerant, quae nobis, nostris Praelatis et Clero a quibusdam saecularibus Principibus, Dominis et Equitibus, Vasallis, eorumque officialibus et subditis in dicta Provincia commorantibus contra pontificia et caesarea jura, Clerique immunitatem attentantur. Quapropter etiam nos et illud Concilium Serenissimum Principem nostrum, clementissimum Dominum, Dominum Sigismundum, Romanorum Regem pro assistentia contra dicta gravamina humiliter invocavimus, et cum nos ipse noster clementissimus Dominus Romanorum Rex suis regiis litteris desuper assecuraverit, quod nos matura deliberatione et Capitulorum nostrorum assensu confoederaverimus, nosque etiam vigore praesentium confoederamus sequenti modo, et promittimus etiam hoc foedus servare, nobisque invicem succurrere sub fide principali fideliter et candide. Primo itaque, si aliquis ex saecularibus cujuscunque status et conditionis contra unum aut plures nostrum, vel Praelatos, Clerique immunitatem inique egerit, tunc gravatus vel gravati secundum jura aut Statuta hujus Provinciae contra talem interdictis et excommunicatione procedat vel procedant, donec resipuerit, et parti gravatae satisfecerit; et si ejusmodi saecularis persona reniteretur, nec satisfacere vellet, et sic in sua temeritate permaneret, post sex septimannas incepti processus nos invicem invocabimus nostri, nostrorum Praelatorum et Cleri causa pro assistentia contra talem saecularem personam, et qui ita inter nos invocatus fuerit, is sine mora processum, et excommunicationem patentibus litteris in sua Diocesi contra talem saecularem publicare teneatur juxta tenorem processus fideliter et candide continuando usque ad reorum resipiscentiam. Si autem, quod Deus avertat, tales personae in contumacia persevera-

rent, et gladium spiritualem censurarum spernerent, deberetque invocari gladius temporalis, praesertim nostri praenominati clementissimi Domini Romanorum Regis, id fieri debeat nostrorum omnium aut potiorum e nobis consensu et consilio, ita tamen, ut nos et nostrum quilibet, qui ita invocatus fuerit, ut praemittitur, assistentiam, consilium aut consensum sine mora impertiri teneamur et teneatur, praeclusa omni omnino tergiversatione. In quorum omnium fidem et perpetuam rerum scriptarum memoriam hasce litteras fieri, et nostris ac nostrorum Capitulorum dependentibus Sigillis roborari curavimus. Datum anno post nativitatem Christi 1419. Dominica immediate ante festum sancti Antonii.

Dalham Concilia Salisburgensia, pag. 188.

Num. MXXIX. 1419. 21. Augusti. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae ab Egidio Muracher in altari sancti Joannis parochialis Ecclesiae in Naabburg fundatae.

Albertus dei et aplce Sedis gratia Epus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in dno sempiternam. Pastoralis sollicitudo nostri officii nos hortatur et ammonet, ut ea, que zelo devotionis pro divini fiunt cultus augmento, et presertim pro missarum celebrationibus pia prosecutione et votivo animo amplectamur; in hiis enim memoria dominice passionis recolitur, Xpus ipse sumitur, et pro fidelium omnium tam vivorum, quam defunctorum salute imolatur hostia salutaris. Sane quia pro parte fidelis in Xpo nobis sincere dilecti strenui viri Egidii Muraher de Napurga armigeri nre dioc. exhibita nobis petitio continebat, quod ipse ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis, beatissime Dei genitricis Virginis Marie, totiusque celestis curie triumphantis, necnon ob anime sue et conthoralis ejus legitime Elizabeth de Vestenberg, ac progenitorum et Successorum suorum, omniumque fidelium defunctorum animarum remedium et salutem, divini quoque cultus augmentum unam missam perpetuam in honorem sanctorum Fabiani, Sebastiani, Ursule, Otilie ac omnium Sanctorum perpetuis futuris temporibus super altari sito in Ecclesia sancti Johannis Napurge, circa quod idem Egidius sepulturam suam elegit, et de presenti corpus quondam Anne conthoralis sue legitime tumulatum existit, per unum idoneum Sacerdotem quasi singulis diebus celebrandam

de consensu et beneplacito plebani ibidem, absque tamen ejusdem plebani prejudicio fundaverit et dotaverit, res et bona sua propria sibi a Deo collata ejusdem misse capellano donando et appropriando, jus patronatus vero seu presentandi capellanum ad eandem missam sibi et certis ejus consanguineis, nec non plebano in Napurga, alias Persen pro tempore existenti, postquam ipse Egidius atque dicti sui consanguinei decesserint, in perpetuum retinendo, ita, quod ipse Egidius et iidem ejus consanguinei ad dies vite ipsorum, et deinde plebanus in Napurga alias Persen pro tempore existens in perpetuum possint et debeant totiens, quotiens ipsam missam vacare contigerit, alium eligere presbyterum idoneum et discretum, eundemque nobis et Successoribus nostris infra tempus a sacris canonibus diffinitum presentare, per nos aut Vicarium nostrum ad eandem missam instituendum, prout hec et alia in litteris fundationis et dotationis desuper confectis plenius continetur, Nos ejusdem misse fundationem et dotationem ac rerum et bonorum appropriatorum admittere et ex speciali gratia confirmare dignaremur: Nos igitur volentes prefati Egidii commendandum in dno propositum favorabiliter promovere, predicte misse fundationem, dotationem, institutionem, ac rerum et bonorum donationem et appropriationem, et omnia ac singula in ipsa littera dotationis conscripta, quam cum presentibus nostris litteris deponi volumus et conservari, in omnibus suis clausulis, capitulis et penis universis auctoritate nostra Ordinaria confirmamus, auctorizamus, ratificamus et approbamus, ac robur habere decernimus perpetue firmitatis solempniter in hiis scriptis, prohibentes sub interminatione districti judicii ac excommunicationis pena, ne quis adversus omnia et singula premissa facere aut ea ausu temerario violare et infringere, seu de censibus dicte misse appropriatis et in futurum appropriandis quidquam minuere, distrahere et ab eadem missa alienare presumat quovis modo, prout ultionem omnipotentis Dei atque penas et sententias in rebelles ferendas voluerint evitare. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes Litteras nostre Confirmationis Sigilli nostri pontificalis jussimus appensione roborari. Datum Ratispone die 21. mensis Augusti, anno a nativitate Domini 1419.

Sigillum Epi. illaesum adpendet.

Num. MXXX. 1419. 23. Aug. Ex Diplomatario.

Appropriatio feudi in Särching facta ab Epo Alberto Commendatori domus teuton. Ratisbonae.

Wir Albrecht von Gottes genaden Bischoff zu Regenspurch bekennen für uns und für all unser Nachkhomen offentlich mit dem Brief, dafs wir mit Rat und Willen unsers Capitels dez Tums zu Regenspurg alle die Lehenschaft zu Särching, die die ersamen weisen, der Rat der Stadt zu Regenspurg von uns und unsern Vorvodern zu Lehen gehabt haben, besucht und unbesucht, geaigent haben und ewiglich aigen mit kraft des briefs den erbern geistlichen Herren Hannsen dem Gumppenberger, die Zeit Commenthur des teutschen Haufs zu St. Gilgen zu Regensburg, und gemainichlichen dem Convent und der Sammung doselben und allen ihren Nachkhommen, oder wer dieselben Gut je dann innhat, fridlich und freilich innzuhaben für rechtes freyes ledigs Aigen, dafs wir uns, noch unserm Gottshaus nichts darin ausgenommen, noch behalten haben, und verzeihen uns derselben Lehenschaft zu durchschlecht mit dem gegenwärtigen Brief, als fern, dafs wir, noch unser Nachkhommen, noch unser Capitel und Gottshaus darauf, noch darnach kain Ansprách, noch Voderung nicht mehr haben, noch gewinnen sollen, noch mügen weder mit geistlichen, noch weltlichen Rechten, noch ohn Recht in kain Weis; und ob inen oder iren Nachkhommen Irrung oder Ansprach von uns oder unsern Nachkhommen darin geschäh, welcherlai schaden sie, oder wer dieselben Gut innhat, des nehmen, den sollen wir ihnen ausrichten, und sie sollen auch des gewartent sein hintz uns und hintz unsern Nachkhommen. Dafs dem benannten Haufs, dem Commenthur, dem Convent und der Sammung zu St. Gilgen, oder wer die Gut und den brief innehat und fürbringt, das alles also stät und unzerbrochen bleib, zu Urkhund und Bestättichait geben wir ihnen den Brief besigelten mit unserm Insigel, und darzu mit unsers Capitels Insigel, das sie zusamt dem unsern an den Brief gehangen haben der sach und aigenschaft zu ainer Gezeugnüfs und Bestättigung ihr jeglichem, ihrem Capitel, und allen ihres Capitels Leuten und Gut on all Schaden und Gepresten. Das ist geschehen nach Christi Geburt im 1419 Jahr, an sand Bartholomäus Abent, des heiligen Zwölfbothen.

Num. MXXXI. 1420. 2. Octobris. Ex Originali.

Albertus Epus Ratispon. per arbitramentum assumptis quatuor coarbitris ex Capitulo cathedrali decidit litem inter dnum Stephanum Satelboger Canonicum Ecclesiae maj. et Praepositum Ecclesiae Collegiatae sancti Joannis Ratispon. ex una, ac Decanum totumque Capitulum hujus Collegiatae ex altera parte ratione et occasione distributionis et divisionis praebendarum ortam in hunc modum: 1) bona amicitia inter partes praedictas fideliter observetur, ita, quod una pars erga aliam occasione litium et controversiarum inter easdem partes exortarum nihil inimicitiae, odii, insidiarum et fraudis concipiat, habeat aut moliatur, nec quovis quaesito colore per se vel alium publice vel occulte, directe vel indirecte aliquam materiam quaestionis seu altercationis una pars alteri moveat de novo; 2) dictus Praepositus sancti Joannis de officio cellarii habeat temporibus futuris mediam praebendam in blado, vino et denariis, prout quilibet Canonicorum habet et percipit, ex officio vero oblagii idem dnus Praepositus nihil ultra exigat, praeter deputatum per ipsum et Antecessores suos, Praepositos ibidem hactenus percipi et levari consuetum, et distributio hmoi primo incipi debet ab ipso Praeposito; 3) Praesentiae vero dictae Ecclesiae sancti Joannis suis temporibus, videlicet in festivitatibus et anniversariis institutis in Choro ejusdem Ecclesiae distribuantur personis, quibus dari consueverunt; 4) Statuta sancti Joannis per Epum Henricum facta et edita, Sigilloque praefati Epi, necnon Praepositi, Decani et Capituli dictae Ecclesiae sancti Joannis roborata in sua roboris firmitate inviolabiliter permaneant. In cujus rei testimonium praesentes Litterae nostro Secreto, necnon praedictorum Praepositi, Decani et Capituli Ecclesiae sancti Joannis Sigillis appendentibus sunt roboratae. Datum et actum Ratisponae anno Domini 1420. die vero 2. mensis Octobris.

Quatuor Sigilla integra adpendent.

Num. MXXXII. 1421. 21. Junii. Ex Originali.

Albertus Epus Ratispon. confirmat missas perpetuas, seu Beneficia in Civitate Ambergensi fundata, 1. ad sanctum Georgium in capella sancti Udalrici super carnario (auf dem Gottesacker), quam bonae memoriae quondam anno 1380 Gebhardus Salzkaufer fundavit, 2. in Ecclesia sancti Martini et altari sancti Michaelis, vulgariter angelicam missam nuncupatam, quam dudum circa annum 1364. Proconsules et Consules de bonis ipsorum communibus fundarunt, 3. in hospitali in altari sancti Bartholomaei, quam bonae memoriae quondam circa annum 1380 Henricus

Ettenstetter fundavit, cum consensu et voluntate Conradi Eck plebani in Amberg. Datum Ratisponae die 21. mensis Junii, anno a nativitate Domini 1421.

Duo Sigilla Epi, et plebani Amberg. integra adpendent.

Num. MXXXIII. 1422. 1. Octob. Ex Originali.

Litterae Investiturae a Rege Sigismundo concessae Joanni Epo Ratisbonensi.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie Rex etc. notum facimus universis. Etsi regalis dignitatis clementia universorum fidelium, quos Imperii sacri latitudo complectitur, felicibus profectibus, gratiis, commodis et speratis augmentis favorabiliter dignatur intendere, ad illorum tamen profectus et commoda diligentiori studio clementius inclinari consuevit, quorum fides, vota, merita, prompteque devotionis integritas continuatis studiis ceteros antecedunt. Sane accedens ad nostre presentiam Majestatis venerabilis Joannes Epus Ratispon. Princeps noster devotus et dilectus nobis humiliter supplicavit, quatenus sibi omnia sua et Ecclesie sue Ratispon. Regalia sive feuda conferre, ipsumque de eisdem investire generosius dignaremur. Nos itaque, qui quorumlibet juste petentium vota complectimur generose, presertim cum juste petentibus non sit denegandus assensus, sibi animo deliberato sanoque, Principum, Baronum, Nobilium et Procerum nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, authoritateque Romana Regia, receptoque ab eodem fidelitatis, subjectionis et obedientie juramento debito et consueto regalia, necnon temporalia sive feuda dicte sue Ratispon. Ecclesie, que singulare quoddam et insigne membrum Romani existit Imperii, cum universis et singulis suis attinentiis, ac mero et mixto imperio, et etiam exercitio jurisdictionis temporalis, necnon universis suis juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis et pertinentiis, sicut eadem bone memorie sui Predecessores Epi Ratispon. hactenus possederunt, contulimus et conferimus, ac ipsum de iisdem investivimus, et tenore presentium investimus, mandantes universis et singulis Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus, ceterisque Civitatum et locorum dicti Epatus et Ecclesiae Ratispon. subditis nostris et Imperii sacri fidelibus, quatenus eidem Joanni Ratispon. Epo tanquam vero Ordinario et legitimo suo Domino in omnibus et singulis tam in judiciis, quam in aliis exercitium jurisdictionis tempo-

ralis concernentibus reverenter, firmiter et debite parere ac obedire debeant et intendere, difficultate et impedimento quibuslibet procul motis, supplentes omnem defectum, si quis ex defectu verborum, sententiarum obscuritate ac solempnitatis omisse compertus fuerit quomodolibet in premissis, de plenitudine Romane Regie Potestatis presentium sub nostre Majestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Ratispone anno Domini 1422. die prima mensis Octobris, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno tricesimo sexto, Romanorum tredecimo, Bohemie vero tertio.

Sigillum majestat. adpendet.

Ejusdem fere tenoris sunt omnes sequentes hmoi Litterae, dictae regales.

Num. MXXXIV. 1422. 10. Octobris. Ex Originali.

Papa Martinus V. incorporat ad preces Epi Joannis Suffraganeo Ratisbonensi Parochiam Eglofsheim.

Martinus Epus Servus Servorum Dei. Dilecto filio abbati Monasterii sancti Jacobi Scotorum Ratisponen. salutem et aplcam benedictionem. Exigit devotionis sinceritas, quam venerabilis frater noster Johannes Epus Ratisponen. ad nos et Romanam gerit Ecclesiam, ut petitionibus suis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte ipsius Epi nobis nuper exhibita continebat, quod ipse attendens, quod pro suis et Ecclesie sue Ratisponensis spiritualiter et temporaliter tuendis bonis, rebus et juribus promovendis, et prosequendis negotiis plurimum occupatus existens pontificale officium in suis Civitate et Diocesi Ratisponen. nequiret, ut congrueret, commode exercere per seipsum ad instar nonnullorum Predecessorum suorum Eporum Ratisponen. qui hactenus fuerant, alium Epum catholicum gratiam et communionem aplce Sedis habentem, qui Pontificalia pro eodem Johanne Epo exerceret in Civitate et Diocesi supradictis, deputavit, et ne ipse alius Epus, qui pro tempore fuerit ad exercenda Pontificalia deputatus, pressus forsan inopià, pro clericis ordinandis aut aliis Pontificalibus exercendis, ut hactenus non sine evidenti scandalo et discrimine animarum in abusum deductum fuit, munera recipiat, quinimo manus suas excutiendo ab omni munere hmoi Pontificalia gratis, sicut decet, exerceat condecenter, desiderat hmoi alteri Epo, qui pro tempore fuerit, de alicujus provisionis auxilio pro status sui decentia provi-

deri. Quare pro parte ipsius Johannis Epi asserentis, quod fructus, redditus et proventus mense sue Ratisponen. adeo diminuti existunt, quod de illis hmoi alteri Epo commode providere non valet, nobis fuit humiliter supplicatum, ut parochialem Ecclesiam in Altenegloſsheim dicte Diocesis, cujus collatio et provisio, cum vacat, ad Epum Ratisponen. pro tempore existentem pertinet, et cujus fructus, redditus et proventus sexcentarum marcharum argenti secundum communem existimationem valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, ad usum et pro decenti sustentatione hmoi alterius Epi perpetuo incorporare, annectere et unire de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur, qui hodie resignationem per dilectum Johannem Aperger, olim ipsius parochialis Ecclesie Rectorem de dicta Ecclesia, quam tunc obtinebat, per dilectum filium Wernherum perpetuum Vicarium in Ecclesia sancte Marie Erford. Dioc. Moguntinen. procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte factam duximus admittendam, de premissis certam notitiam non habentes, hmoi supplicationibus inclinati discretioni tue per aplca scripta committimus et mandamus, quatinus de premissis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hmoi ita esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, prefatam parochialem Ecclesiam, de qua nullus preter nos hac vice disponere potuit sive potest, pro eo, quod nos dudum omnes parochiales Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura tunc apud Sedem apostolicam vacantia et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari per hmoi resignationem vacantem, etiam si alio quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona, vel per Constitutionem felicis recordationis Joannis Pape XXII. Predecessoris nostri, que incipit - Execrabilis - vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem aplcam legitime devoluta, vel ipsa parochialis Ecclesia specialiter aut per hmoi resignationem vel alias generaliter dispositioni apostolice reservata existat, et super ea in Romana curia vel extra circa eam lis, cujus statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefate mense auctoritate nostra in perpetuum incorpores, unias et annectas, ac ejusdem Ecclesie fructus, redditus et proventus, jura et obventiones quecunque hmoi alteri Epo, qui pro tempore fuerit, pro ejus sustentatione deputes et assignes, ita,

quod ex tunc ipse Joannes per se vel alium seu alios corporalem possessionem parochialis Ecclesie, juriumque et pertinentiarum predictorum ad usum prefati alterius Epi, etiam si fratrum minorum vel alicujus alterius Ordinis mendicantium professus fuerit, auctoritate propria libere recipere et habere, nec non hmoi illius fructus, redditus et proventus eidem alteri Epo, quamdiu Pontificalia hmoi exercuerit, pro hmoi status decentia ministrare integre possit et debeat, ac etiam teneatur, non obstantibus tam pie memorie Bonifacii Pape VIII. etiam Predecessoris nostri, quam aliis Constitutionibus aplcis, nec non statutis et consuetudinibus cujuscunque Monasterii seu Domus et Ordinis, etiam mendicantium et fratrum minorum, cujus forsan hmoi alium Epum professum esse contingeret, juramento, confirmatione aplca, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de parochialibus Ecclesiis aut aliis Beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte Sedis vel Legatorum ejus litteras impetraverint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel aliás quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem, et quecunque inde secuta ad dictam parochialem Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem parochialium Ecclesiarum aut Beneficiorum, aliorumque prejudicium generari, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris aplcis generalibus vel specialibus, quoruncunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua ejusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem, quod iidem Joannes et Successores Epi Ratisponenses dictam parochialem Ecclesiam ac illius curam animarum per secularem Presbyterum idoneum ad eorum nutum ponendum et removendum regere et gubernare facere teneantur. Nos enim, prout est, irritum decernimus et inane, si secus super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Datum Rome apud sanctam Mariam majorem, VI. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

Plumbum: Martinus PP. V.

Num. MXXXV. 1424. 5. Januarii.

Joannes Epus Ratisponensis confirmat Collegiatae in Altenoetting jus Patronatus Ecclesiae in Obernaibach a Duce Bavariae Heinrico obtentum. Datum Ratisponae die 5. mensis Januarii, anno Domini 1424.

Hundii Metrop. III. 52. Edit. Ratisbon.

Num. MXXXVI. 1424. 24. Maii. Ex Originali.

Confirmatio immunitatum a theloneo facta a Duce Bav. Epo Ratisbonensi.

Wir Johannes von Gottes genaden Pfaltzgraf bei Rein, Hertzog in Bayrn, Graf von Hennegau, Holland und Seeland etc. bekennen für uns, unser erben und nachkhommen offenlich mit dem brief. Wann der Hochwürdig in Gott Vater, Herr Johanns Bischof zu Regenspurg an uns pracht hat sein und seines Gotshaus noththurft von sein Wein und Getraids wegen, so ihm auf seines Gotshaus Grund und aigen Güttern in Oesterreich wachst und wirdet, wie das in unser Mauthner an unser Mauthstetten in unsern landten in Bayrn damit aufhalten und Mauthe davon meinen zu haben. Als in aber unsere Vordern sälige allzeit gefürdert, und Gottes lob und dienst gemeret haben, so wollen wir auch, das das bei uns nit geminnert werde, und darumb, das die erwürdige Stüft Gottes lob und dienst dester bas volbringen ùnd halten mügen, und desto minner abgangs gewinnen, so haben wir mit verdachtem gutem Willen dem obgenannten Bischof und seinen erwürdigen Stüft, der St. Peterskirche zu Regenspurg und allen seinen Nachkommen die genade und freiheit gegeben, und geben auch die mit kraft des briefs, das sie all ir Wein und getraid, so in auf irem grund und aigen Güttern in dem lande zu Oesterreich wächst und wird, durch unser lande zu Bayrn an der Tonau herauf bis gein Regenspurg mauthfrey und zollfrey on alle irrung führen und bringen mügen. Und darumb so gepietten wir unsern Vicedomen und unsern Mauthnern an der Tonau in unsern landen in Bayrn, wer die seyn, das Ir den obgenannten Bischofen, und sein erwürdig Stüft und Gotshaus bey solch genaden und freiheiten halten und schützen wöllet, und Niemand gestatten, sie daran zu irren oder zu beschweren in khain Weis bey unsern hulden und genaden, mit urkundt diefs briefs, den wir dem obgenannten Bischofe und seinen Nachkommen geben,

besigelt mit unserm anhangenten Insigl für uns, unser erben und nachkommen. Das ist geschehen in dem Hage auf Mittwochen nach dem Sonntag Cantate, als man zält 1424 Jar nach Christi Gepurt.

Sigillum Ducis adpendet.

Num. MXXXVII. 1424. 27. Octobris.

Joannes Epus Ratisbonensis confirmat quatuor missas a Ducibus Bavariae Friderico, Stephano et Joanne in Parthenone Seligenthal fundatas de Steura Civium Landishutanorum. Jus Patronatus permaneat apud Duces Bavariae. Datum Ratisponae anno Domini 1424. die vero 27. mensis Octobris.

Mon. Boic. XV. 493.

Num. MXXXVIII. 1425. 25. Junii. Ex Originali.

Martinus Papa V. Monasterio superiori Ratispon. confirmat unionem, annexionem et incorporationem Parochiae Tegernheim vacantis per liberam resignationem Joannis Streitberger Canonici Ecclesiae Ratispon. in Epum ejusdem Ecclesiae canonice electi ac apostolica auctoritate confirmati, olim factas per summum Pontificem Joannem XXIII. suum Praedecessorem immediatum, supplens omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, eamque de novo incorporat, annectit et unit, ita, quod liceat Abbatissae et Conventui, possessionem ipsius Ecclesiae parochialis sic vacantis, illiusque fructus, redditus et proventus (reservata tamen pro Vicario congrua portione) in suos et ipsius Monasterii usus perpetuo convertere ac etiam retinere, Diocesani loci, et alterius cujuscunque super hoc licentia minime requisita. „Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, communitionis, suppletionis, incorporationis, annexionis, unionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem VII. Kalend. Julii 1425. Pontificatus nostri anno quinto.“

Plumbum: Martinus PP. V.

Num. MXXXIX. 1426. 31. Octobris. Ex Originali.

Joannes Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam a matrona Kunegunde, quondam Stephani Hausmettinger p. m. relicta, nunc vero providi viri Georgii Odenreuter oppidani in Straubing uxore in Capella B. M. V. in Hayndling fundatam, *) per residentem Sacerdotem quotidie legendam, cujus jus praesentationis abbati San-Emmeramensi ab Epo reservatur. Annotantur simul bona, proventus et census ad dictam missam spectantes. Datum Ratisponae die ultima mensis Octobris, anno dni 1426.

Sigillum Epi Joannis illaesum adpendet.

Joannes Graner proconsul Ratispon. testatur pro se ipso, necnon spectabilibus et circumspectis viris dnis Luca Ingelsteter et Martino Altmann proconsulibus et scabinis consulatus civitatis Ratispon. tanquam testamentariis et executoribus testamenti seu ultimae voluntatis quondam dni Johannis Castenmair, dum vixerat civis Civitatis Ratispon. quod cum alias dudum per providum et circumspectum virum, dnum Ulricum Castenmair seniorem bonae memoriae, opidanum opidi in Straubing patrem seu genitorem carnalem praefati Johannis Castenmair ad laudem Dei et ob salutem animae suae et omnium progenitorum suorum, ac omnium fidelium defunctorum quandam missam perpetuam in altari Ecclesiae parochialis sancti Jacobi dicti opidi in Straubing, circa quod idem Ulricus Castenmair sepulturae commendatus est, celebrandam fundaverit et instituerit, ac in testamento suo expresse disposuerit et ordinaverit, missam hmoi per praefatum Johannem Castenmair filium suum debere institui et ad debitum effectum perduci. In quem finem praedicti testamentarii 12 tt. denar. Ratispon. perpetui annui census ex Zecha seu Societate B. M. V. opidi Straubing pro dotatione et usibus capellani hujus missae comparaverunt.

Fridericus Epus Ratispon. ad preces praefatorum testamentariorum hanc missam confirmat, ipsamque in perpetuum Beneficium erigit, jus patronatus reservando consulatui opidi Straubing; capellanus rite institutus missam fideliter inofficiare tenetur, nec praesumat, plebano ibidem in oblationibus, remediis, mortuariis ac aliis quibuscunque juribus parochialibus praejudicium ullum irrogare. Datum Ratisponae undecima die mensis Martii anno a nativitate Domini 1443. De et super quibus omnibus et singulis praemissis et quolibet praemissorum dnus Johannes Graner testamentarius et executor saepedictus pro se ipso ac aliis contestamentariis suis suprascriptis petiit per me Johannem Teubing notarium publicum unum vel plura, publicum vel publica confici et fieri instrumentum seu instrumenta. Acta sunt haec anno et die, quibus supra, sacro Concilio Basiliensi durante.

Cum Signo Notariatus.

Num. MLXIV. 1444. 28. Sept. Ex Originali.

Der Römische König Friedrich III. bestättigt dem ehrwürdigen Fürsten und Bischofe Friedrich von Regensburg, seinem Rathe, die Freiheiten, welche die Herzoge von Baiern dem Hochstifte verliehen, nämlich den in Oesterreich auf den Hochstiftischen Gütern wachsenden Wein maut- und zollfrey auf der Donau durch Baiern zu führen und heimzubringen, und gebiethet bey Strafe von 10 Mark Goldes allen Fürsten, Grafen, Freyen, Herren, Rittern und Knechten, Mautnern, Gegenschreibern, Zollnern und übrigen Amtleuten, den Bischof bey solcher Freyheit zu schützen. Gegeben zu Nürnberg nach Christi Geburt im 1444. Jahre, am Mondtag vor St. Michaelstag.

Sigillum majestat. adpendet.

Num. MLXV. 1445. 19. Aprilis. Ex Originali.

Christoph König von Dännemark giebt dem Hanns von Raidenbuch jene Güter zurück, die dessen Vater an den Pfalzgrafen Johann verkauft hatte.

Wir Christoff von Gotes genaden zu Denmarcken, zu Sweden, zu Norweyen, der Wennden und der Gotten König etc. pfallentzgrave bey Reyn und hertzoge in Bairen, *) bekennen für uns, all

*) Pfalzgraf Christoph war der Sohn des Pfalzgrafen Johann; nach dem Tod seines Vaters fiel ihm 1443. die Oberpfalz zu, deren Statthalterschaft er seiner Entfernung wegen dem Hanns Joachim von Parsberg, und dem Martin von Wildenstein übertrug.

unser Erben und Nachkomen, und thun chundt offenlichen mit dem Brieve allen den, die in ansehen oder hören lesen. Als den Königen und Fürsten von angeborner Miltigkeit wol zugehört, iren getreuen Dienern von irer getreuen dienst wegen genad und fürdrung zu beweisen zu einem Ebenpilde, wer willigklichen dient, das Im genedigklichen gelont werde. So haben wir angesehen solich willig und getreu dienst, so uns der veste Hanns von Raidenbuch unser Camrer und lieber Getreuer manigvaltigklichen getan hat, hirumbe von solicher sunder genaden und treuer dienst wegen, so geben wir dem benannten Raidenbucher und allen seinen Erben und nachkhomen den Sitz zu Raidenbuch, unser Tail daran mit allen seinen Zugehören wider, mit sambt den Güettern, nämlichen Haus Raidenbuch, auch den Kirchtagrechten zu Gransswang, und den hof und die Vogtey über die Wyden, und alle Güetter doselbs, und auch die Vogtei über den Hof zu Wenttmantall und zu Puchhausen, die bemelten Guet mit allem und auch ir jedes zugehörungen nichts ausgenommen, wie dann das alles unser lieber herr und Vater sel. löblicher Gedächtnuss von Hainrichen von Raidenbuch mit kaufe in sein gewalt bracht und auch innen gehabt hat, das alles und jedes vorgestimt mit iren Zugehörungen und herlikaiten, Hofmarchgerichten, auch kleinen Wildpane, als weit die Gründ irrer Zugehörungen sein, mit sambt den aygen Leuten geben wir Im gentzlichen wider mit diesem unserm briefe, also, das nu füran Hanns von Raidenbuch, all sein erben und nachkhomen den obgenannten Sitz zu Raidenbuch, und auch die bemelten Güeter alle und jedes mit iren Zugehörungen und Gerechtigkaiten einnemmen, inne haben, nutzen und nyessen, und gentzlichen domit tun und lassen sollen und mögen, als mit andern irem aigen Guet und väterlichen erbe, on unser, unser erben und nachkhomen, auch mennigklichs von unsern wegen Eintrag, Irrung und Hindernuss. Was wir auch, unser Erben und Nachkomen mit Im, oder seinen erben und nachkomen wider all vorgeschriben sachen anviengen, kriegten, tägten oder rechten, es wär mit geistl. oder weltl. Rechten, das haben wir an aller statt gäntzlichen unrecht und verloren, und si und mennigklichen von iren wegen Recht behabt und gewonnen, alles getreulich und on Gevär, und all Arglist hierinn ausgeschlossen. Des zu Urkund geben wir dem obgenannten Raidenbucher, allen seinen erben und nachkomen den brief besigelt mit unserm königlichen anhangenden Insigl für uns, unser erben und nachkhomen, alles stät zu halten, was an dem brief geschriben stet on Gevär. Geben zu

Koppenhagen am Montag nach dem Sontag **Jubilate**, als man zalt nach Christi unsers lieben herren Gepurt 1445. unser Reiche des dennischen im 6. des Swedischen und Norweyischen im vierden Jare. Dnus Rex per se ipsum mandavit.

Sigillum non nihil laesum adpendet.

Num. MLXVI. 1445. 23. Sept. Ex Originali.

Epus Fridericus confirmat Collegiatae sancti Joannis Ratisbon. ejusdem posſeſsiones.

Fridericus dei gratia Epus Ratisponensis tenore presentium cognoscimus et constare volumus inspectoribus universis, quod recolende memorie dominus Conradus I. quondam Predecessor noster, Epus Ratisponen. Ecclesiam collegiatam sancti Joannis ibidem Zelo divini amoris accensus ad Dei laudem ejusque precelse genitricis Virginis Marie et totius Curie triumphantis (1126.) fundavit ac pluribus gratiis, bonis et redditibus paterne dotavit, et presertim ad eandem Ecclesiam et ad jus et proprietatem Canonicorum Deo inibi servientium tertiam partem majorum et minorum decimarum infra limites Ecclesiarum parochialium in **Werd, Obernaltach, Kriezenkirchen, Pfoling, Tegernbach, Hafslbach, Haibach, Ratenberg, Kunzell, Viechtach, Brakenbach, Ratiszell** et **Leuzendorf**, ac in pluribus aliis locis obvenientium et provenientium donavit; que quidem donatio unacum aliis donationibus predicte Ecclesie et ejus ministris facta per cunctos fere summos Pontifices ac Predecessores nostros pro tempore Epos Ratisponenses extitit confirmata, prout de his et aliis per litteras et privilegia autentica summorum Pontificum et Predecessorum nostrorum sumus plenius informati. Unde nos eorum ducti vestigiis predictas donationes ac gratias prenominate Ecclesie sancti Joannis, ac Canonicis et ministris ibidem factas auctoritate nostra Ordinaria duximus confirmandas, et confirmamus, ratificamus et approbamus, presentisque scripti patrocinio communimus. Quare vobis Plebanis ac Vicariis Ecclesiarum predictarum, ac universis et singulis Presbyteris aliis curatis et non curatis nobis subjectis, ad quos presentes pervenerint, in virtute sancte obedientie precipiendo mandamus, quatenus vestris parochianis, cum ad divina audienda in Ecclesiis convenerint, presentes nostras litteras ac contenta in eis cum diligentia publicetis, insinuetis et notificetis, ipsosque communiter vel divisim moneatis et

requiratis, quos nos etiam presentibus sic requirimus et monemus, ut Canonicis et ministris supradicte Ecclesie collegiate sancti Joannis, seu ipsorum nuntiis, presertim ostensoribus presentium litterarum efficaces operas, favores et subsidia impendant, ita et taliter, ut hmoi decimas sine impedimento et contradictione quorumcunque vendere, locare, arendare et colligere ad ipsorum et dicte Ecclesie utilitatem valeant atque possint, in eo Deo obsequium et nobis bene gratam complacentiam exhibentes. Datum Ratispone die 23. mensis Septembris, anno Domini 1445. nostro Sigillo appenso.

Sigillum Epi illaesum adpendet.

Num. MLXVII. 1446. 8. Nov. Ex Diplomatorio.

Peter Hanauer Landrichter zu Haydau safs an offner Schranne und am Gerichte zu Mindraching mit gewaltigem Stab; da erschien vor ihm Konrad Etteldorfer Pfarrer zu St. Paul in Regensburg, und klagte gegen Ulrich Erwein, der seinen Pfarrzehend zu Helkofen unbillig angesprochen hatte; denn dieser Zehend sey eine Gottesgabe und der Pfarrer habe hierüber gute Briefe und Siegel. Da eben dieses der Amtmann mit einem Eide bestättigte, ward zu Recht erkannt, dafs besagter Zehend vom Ulrich Erwein und seinen Erben zu ewigen Zeiten unangefochten bleiben soll. Der Gerichtsbrief ist gesiegelt mit des Landrichters Insigel, und gegeben am Ertag vor St. Martins Tag, als man zählte nach Christi unsers lieben Herrn Geburt 1446 Jahre.

Num. MLXVIII. 1447. 21. Januarii.

Herzog Albrecht von Baiern stiftet für die Seelenruhe der erbergen und ersamen Frau Agnes Pernauerinn in dem Karmelitenkloster zu Straubing eine ewige tägliche Messe, eine Vigil und Jahrtag, unter welchem ihrer Seele mit einem Pater noster und Ave Maria zu gedenken ist. Auch sollen die Karmeliten an jedem Quatember eine Vigil und Seelamt halten, und darunter vier Steckkerzen aufstellen, 2. zu der Leich und 2. auf dem Altar. Sollte der Herzog mit Tod abgehen, so wäre auch für ihn eine jährliche Vigil und Seelamt zu halten. Der Prior soll seinen Mitbrüdern eine Pietanz mit Wein, Fischen und Semeln, und den Kaplänen im Spital acht Groschen verreichen, damit diese allzeit bey der Vigil und dem Seelamte erscheinen und den Gottesdienst vollbringen helfen. Den armen Dürftigen des Spitals, und den Sondersiechen in Straubing sind jährlich 16 Gro-

schen zu gleichen Theilen zu behändigen. Als Dotation dieser Stiftung übergiebt der Herzog dem Kloster einen Hof zu Mitterharthausen, und einen andern zu Praitenwinzer, welch beide er von Hannsen und Hermann Brüdern, den Haibecken zu Wisenfelden gekauft hatte. Das ist geschehen und der Brief mit des Herzogs Siegel gegeben im Jahre 1447. in die sanctae Agnetis.

Mon. Boic. XIV. 338.

Num. MLXIX. 1448. 26. Sept. Ex Originali.

Ernennung des Herzogen Otten als Obmanns in Streitsachen von Zoll und andrer Sachen wegen.

Wir Fridrich von Gotes gnaden Römischer Künig, zu allen Ziten Merer des Reichs, Hertzog zu Oesterreich, zu Steyr, zu Kernden und zu Krain, Grave zu Tyrol etc. Bekennen, das wir das Recht umb alle sachen, darumb der Erwirdig Fridrich Bischof zu Regenspurg die Ersamen Camrer und Rat der Statt zu Regenspurg und ettlich Ir Bürger für uns zu Recht geladen hat, mit Ir baider Teil willen geschoben und erstreckt haben bis auf den nechsten Gerichtstag unsers küniglichen Camergerichts, das sein wirt nach sand Jorgen Tag nechstkommend, also, dafs baid Parthien dazwischen dem Hochgepornen Otten Pfallentzgrafen bei Reyne und Hertzogen in Beyrn, unserm lieben Oheim und Fürsten schreiben, und In bitten solln, Inen einen gütlichen Tag für sich über solche sach und Zweitracht, es sei von Zoll oder ander sach wegen, darumb Sy itzt vor uns in Recht standen, vor Im eröffnen und darlegen; mögen Sy dann durch denselben unsern Oheim Hertzog Otten gütlich gericht werden, so besteht es dabei: wär des nit, so sollen Sy beider seit auf den vorgenannten Gerichtstag on neue Ladung wider für uns kommen, dann soll in den sachen zwischen In bescheen, das jtzt nach Laut der Ladungen sollt bescheen, und diser unser Schub sol jetwederm Tail an seinen Rechten unvergriffen und unschedlich sein, schieben die Sachen und Recht also in craft difs Briefs. Geben zu Wien am Pfintztag vor sand Michelstag nach Christes Gepurdt im 1448. und unsers Reichs im neunten Jare. Ad mandatum dni Regis.

Sigillum a tergo est impressum.

Num. MLXX. 1449. 29 Aprilis.

Fridericus Epus Ratispon. mandat, ut omnes et singuli fructus, redditus et proventus de Ecclesia parochiali in Kelhaim obvenientes, ac Fridericum Pruckberger Rectorem ejusdem Ecclesiae concernentes ad instantiam dni Conradi Abbatis in Weltenburg propter non solutionem cujusdam annui census de dicta Ecclesia in Kelhaim ad monasterium Weltenburg. debiti arrestentur et sub ecclesiastico ponantur arresto, inhibens Andreae Vicario in Kelhaim ac aliis, quorum interest, sub poena Excommunicationis, ne praenominato Friderico fructus, redditus et proventus memoratos sic arrestatos ministrare et assignare, aut alias quovis modo distrahere vel alienare praesumant, donec praesentis arresti relaxatio procedat. Datum Ratisponae die Martis penultima mensis Aprilis, anno 1449.

Mon. Boic. XIII. 471.

Num. MLXXI. 1450. 4. Dec. Ex Originali.

Kaspar Reysacher gesessen zu Obernviehausen, und Margareth seine eheliche Hausfrau geben aus ihrem eigenen Gute daselbst, das jetzt Hanns Riemer inne hat, 4 gute R. dl. jährlich und ewigen Geldes zum unser lieben Frauen Gotteshause Ortt, und 12 R. dl. dem Pfarrgotteshause St. Wolfgang in Eilsbrunn zum Heil ihrer, ihrer Vorvodern und aller gläubigen Seelen. Die 3. Brüder Kaspar, Hanns und Stephan die Reysacher siegelten. Datum an St. Barbara Tag, im Jahre 1450.

Tria Sigilla sunt avulsa.

Num. MLXXII. 1451. 15. Aprilis. Ex Originali.

Indulgentiae concessae Ecclesiae parochiali in monasterio inferiori Ratisbon.

Nicolaus miseracione divina tit. S. Petri ad vincula sacrosancte Romane Ecclie Cardinalis, Apostolice Sedis per Alemanniam Legatus, universis et singulis Christi fidelibus salutem in dno sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima majestate et misericordia sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus et meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut parochialis Ecclia beatorum Petri et Pauli apostolorum inferioris Monasterii Ratispone congruis honoribus frequentetur, fi-

delesque ipsi eo libencius devocionis causa confluant ad eandem, quo inibi dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus meritis et auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes ac Corporis dni nri Jesu Christi, necnon Nativitatis, Purificationis, Annunciacionis, Assumpcionisque B. M. V. et Nativitatis beati Johannis Baptiste, ac ipsius Ecclie dedicacionis et patronorum festivitatibus, celebritate quoque omnium Sanctorum eandem Eccliam devote visitaverint et divinis interfuerint ibidem, atque de bonis sibi a Deo collatis pro ejusdem Ecclie structura ac ipsius ornamentorum augmento et reparacione manus porrexerint adjutrices, centum dies de injunctis eis penitentiis misericorditer in dno relaxamus, presentibus perpetuo duraturis. Datum Nuremberge Bambergen. diocesis sub nro Sigillo die Jovis 15. mensis Aprilis, anno a nativitate dni 1451. Pontificatus ſsmi in Christo patris et dni nri, dni Nicolai divina providentia Pape V. anno quinto.

Sigillum laesum adpendet.

Num. MLXXIII. 1451. 5. Julii. Ex Originali.

Fridericus Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam in Ecclesia sancti Jacobi oppidi Hohenburg filiali ad parochialem Ecclesiam sancti Michaelis in Allersburg spectante per proconsules et communitatem dicti oppidi (cum voluntate Magistri Matthaei Laelinger Rectoris parochialis Ecclesiae in Allersburg) fundatam et dotatam, cujus annui redditus ad valorem 34 florenorum Rhen. ascendunt, et primmissarius in quavis hebdomada aut in dicta Ecclesia sancti Jacobi, aut in capella sancti Salvatoris extra muros oppidi Hohenburg 5. missas celebret. Haec fundatio erigitur in perpetuum Beneficium, ac primus primmissarius Joannes Houſs obtenta jam canonica Investitura ad possessionem primmissariae, juriumque et pertinentiarum inducatur per dictum plebanum Laelinger aut ejus Vicarium. „In quorum testimonium has litteras fieri ac Sigilli nostri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratisponae in aula nostra Episcopali, die 5. mensis Julii, anno a nativitate Domini 1451."

Sigillum Epi integrum adpendet.

Num. MLXXIV. 1452. 16. Aug. Ex Originali.

Anno et die notatis Epus Rupertus Synodum celebravit Ratisbonae, cujus Statuta constant 36 titulis seu paragraphis, ad quorum finem haec habentur:

Idcirco de nostri Capituli consensu Constitutiones Praedecessorum nostrorum Friderici *) et Conradi, **) Episcoporum Ratisponensium in unam compilationem compendiosius redegimus, adiicientes aliqua nova, quae in jure fundantur, aequitati deserviunt et promovent honestatem, volentesque et auctoritate nostra Ordinaria in virtute sanctae obedientiae firmiter et districte praecipiendo mandamus, quatenus vos omnes et singuli praescripti has Constitutiones seu Statuta synodalia matura deliberatione collecta et examinata prompto affectu suscipiatis, easque vel ea de caetero et in futurum diligenter observare studeatis. Datum Ratisponae die 16. mensis Augusti, anno Dni 1452.

Num. MLXXV. 1453. 28. Oct. Ex Diplomatario.

Ulrich von Stauf zu Ernfels, gesessen in Sünching, Clara seine Hausfrau, und Anastasia Notthaftin, des Degenhard Hofers sel. Tochter stiften zur Pfarrkirche Sünching eine ewige Messe in honorem sancti Viti, und vermachen dazu einige Zehenden in Sünching, Obermotzing und Hirsching nebst einigen Pfenninggülten. Aufser den Stiftern siegelten den Fundations-Brief die edeln vesten Ritter Hr Dietrich von Stauf zu Ernfels, Hr Heinrich Notthaft zu Wernberg, Hr Hanns Fraunberger von Haag zu Prunn, Hauptmann in Regensburg. Datum anno Domini 1453. am Sonntag vor aller Heiligen Tag.

Haec fundatio confirmata fuit eodem anno ab Epo Friderico III. In Ecclesia parochiali Sünching quatuor alia adhuc extant Beneficia, a) sanctae crucis, b) assumptionis B. M. V. c) annuntiationis B. M. V. fundatum 1452. a Margaretha Degenhardi Hofer militis in Sünching p. m. vidua, ac postea Joannis Fraunberger de Hag in Prunn uxore, d) sanctae Barbarae fundatum 1467. ab Udalrico de Stauf in Sünching et uxore ejus Clara.

*) i. e. Friderici II. de a. 1438.

**) i. e. Conradi VI. de a. 1377.

Num. MLXXVI. 1454. 24. Aprilis. Ex Originali.

Fridericus Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam (die Priester-Bruderschaftsmesse genannt) in Ecclesia parochiali sancti Martini Ambergae, ac in Altari a latere Chori versus plagam septentrionalem situato, sub nomine B. V. M. erecto et dedicato, quam fundarunt bonae memoriae Magister Joannes Kronfus fs. Theol. Lic. plebanus Ambergensis, necnon altaristae fraternitatis unacum consulatu Ambergae. Haec confirmatio facta est cum consensu et voluntate venerabilis dni Henrici de Rabenstein, Rectoris parochialis Ecclesiae in Amberg. Datum Ratisponae die 24. mensis Aprilis, anno Domini 1454.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MLXXVII. 1454. 28. Maii. Ex Originali.

Fridericus Epus Ratisponen. confirmat missam perpetuam a Gregorio Castner cive oppidi Amberg. in Ecclesia parochiali ad S. Martinum Ambergae in Altari S. Thomae fundatam, ac dotatam per annuum censum 40 Florenorum Rhen. cum consensu dni Heinrici de Rabenstein dictae Ecclesiae parochialis Rectoris. Jus patronatus reservatur magistro civium, et proconsulibus oppidi Amberg. ac capellano praescribuntur obligationes et vita honesta. In quorum testimonium praesentes Litteras fieri et Sigilli Vicariatus nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratisponae die 28. mensis Maii, anno Domini 1454.

Sigillum integrum adpendet. Ad mandatum dni Epi Samuel Kradt notar. fs.

Num. MLXXVIII. 1454. 8. Sept. Ex Originali.

Fridericus Epus Ratispon. confirmat missam hebdomadalem singulis feriis secundis in altari sancti Erhardi inferioris Monasterii perpetuo celebrandam, a Conrado Mulich cive Ratispon. ex testamento fundatam, ac perpetuis annuis trium scaffarum tritici redditibus ab abbate Conrado et conventu in Walderbach ord. cisterc. pro 30 tt. denar. Ratispon. comparatis reemptibilibus dotatam. Datum Ratisponae die 8. mensis Sept. anno dni 1454.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MLXXIX. 1454. 23. Octobris.

Fridericus Epus Ratisponensis confirmat Primmissariam in Ecclesia parochiali Wolnzach a strenuo domino et milite Thoma de Preising ibidem, et Anna uxore ejus fundatam. Redditus hujus missae annotantur. Jus patronatus permaneat fundatori et suis haeredibus ac successoribus. Primissarius praeter alias obligationes sibi incumbentes simul tenetur, diebus festivis superpelliciatus in choro stare ac divinis officiis interesse. Datum Ratisponae die 25. mensis Octobris, anno Domini 1454.

Oefelii Script. rer. boic. II. 237.

Num. MLXXX. 1456. 23. Januarii. Ex Originali.

Herr Ulrich von Stauf zu Ernfels, gesessen zu Sünching, und Clara seine Hausfrau verkaufen dem St. Katharinen-Spital zu Regensburg eine jährliche Gatergült von 8. Schaff Getreid, nämlich 4 Schaff Waitz, 2 Schaff Korn, und 2 Schaff Haber, alles Regensburger Maſs, aus ihrem eigenen Hofe zu Sünching, der Sonauhof genannt, um 80 tt. R. dl. und geloben, diese Gült jährlich auf den Spitalkasten zu liefern. Zugleich wurde die Wiederlosung um die nämliche Summe ausbedungen. Der Verkäufer, sein Vetter Albrecht von Stauf, und Adam der Castner zu Metzing siegelten. Datum anno et die, quibus supra.

Tria Sigilla adpendent.

Num. MLXXXI. 1457. 2. Sept. Ex Originali.

Callistus Papa III. Ecclesiae Ratisponensi per obitum Epi Friderici III. vacanti (cassata Henrici de Absberg Canonici electione per Capitulum non canonice facta) Rupertum Comitem Palatinum Rheni, Praepositum Ratispon. in minoribus Ordinibus ac vigesimo quarto aetatis anno constitutum ceu Administratorem ejusdem Ecclesiae tam in spiritualibus, quam in temporalibus constituit, quousque vigesimum septimum aetatis annum peregerit, eoquod de ipsius litterarum scientia, nobilitate generis, vitae ac morum honestate, necnon spiritualium providentia et temporalium circumspectione, aliarumque virtutum donis fide digna testimonia perhibentur. Peracto vigesimo septimo aetatis anno curam, regimen et administrationem dictae Ecclesiae Ratispon. adire, recipere, illamque in spiritualibus et temporalibus gerere ac exercere libere et licite valeat, jugumque Domini suis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam ac sibi commissam administrationem sic gerere et exer-

cere studeat sollicite, fideliter, et prudenter, quod ipsa Ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1457. IV. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Plumbum: Callistus PP. III.

*) Eodem die et anno Papa Callistus propria Bulla indulget, ut Administrator Rupertus susceptis Subdiaconatus, Diaconatus et Presbyteratus Ordinibus munus consecrationis peracto vigesimo septimo aetatis anno recipere valeat. — Simul Papa Fridericum Imp. certiorem facit de facta annullatione Electionis Henrici de Absberg, ac Administratione Ruperto Praeposito commissa, quem etiam unacum Ecclesia Ratispon. favori ac auxilio imperiali commendat. Item mandat Capitulo cathedrali, Clero, Vasallis, ac populo Civitatis et Dioecesis Ratispon. ut eidem Ruperto tanquam patri et pastori obediant, reverentiam condignam exhibeant, salubriaque monita et mandata ipsius suscipiant et efficaciter adimplere curent.

Num. MLXXXII. 1459. 15. Octobris. Ex Originali.

Stiftung der Frauenmesse im Markte Pressat.

Wir die Burgermaister und Rat gemainklich des Marktes zu Pressat bekennen offenlich mit dem brief für uns und alle unser Nachkommen. Als unser Vorvodern säliger Gedächtnüss für sich genommen haben das zeitlich zergenklich Leben hie auf Ertrich, und auch das ewig Leben, darumb dem Menschen nichts sovil zu statten kumpt, dann die guten Werch, die er für sich hat gesant; um das haben sie das zeitlich Gut in das ewig verhandelt, und haben dem allmächtigen Gott, und seiner liben Mutter, Iunckfrauen Marie, und allem himmlischen Heer zu lob und zu eren, in und allen iren Vorvodern und Nachkommen, lebendigen und toten, und allen gelaubigen Seelen zu hilf und zu trost gestift und gemacht eine ewige Messe auf unser Frauen Altar zu sand Jörgen in der Pfarrkirchen zu Pressat, in den eren der hochgelobten Junckfrauen und Mutter Marie, der Gepererin Cristi, genannt die Frauenmess, die ein jeglicher Caplan derselbigen Mess fürpas ewiglich halten scholl nach der Frühmess in der benannten Pfarrkirchen und besunder alle Sampztag mit einem gesungen ampt von der hochgelobten und wirdigen Iunckfrauen Marie on Geverd. Dieselbigen Mess also zu stiften und zu bestätigen uns in treues Hant enpfolhen ist und an

uns kummen auf solchen Zinsen und Gülten, die darzu kauft und geben sind worden mit Namen 30. rheinischer ewiger guter Gulden an Gold, die wir järlich haben von dem ersamen und weisen Rat zu Sultzpach und iren Nachkommen, welche alle Jar gefallen schollen dem benannten Caplan unser Frauenmefs on allen Abganch und on alles Geverd, 15 fl. auf sand Walpurgentag, und darnach 15 fl. auf sand Michelstag der obgeschriben Werung. — Wir sagen auch einen jeglichen Caplan ledig und frey von allen Steuern, Wachen und ander Burgervodrung, darumb das derselb Caplan dester pas müg erwicklich pei uns Narung gehaben. Es scholl auch ein jeder Caplan einem jedem Pfarrer, der je ist oder wirt, versprechen, dafs er die Mefs ordentlich halten wol, dem pfarrer und der pfarrkirchen on schaden, und schol dem pfarrer das Opfer, das da gefält, raichen und geben on alles Geverd; auch scholl der genannt gegenwürtig Stiftbrief pei dem bestetten brief der obgenannten Mefs mit allen andern Briefen über die Gült und Gut ewicklichen pey einander liegen und beleiben, dem pfarrer, dem Caplan und allen unsern Nachkommen zu einer ewigen Gedechtnüfs und Ausweisung, wie die Mefs gewident, gestift und herkommen sei. Und des alles zu einer ewigen Urkund und zu einer ewigen Gedechtnüfs haben wir unsers Marktes gemeines Insigel an den gegenwürtigen Stiftbrief gehangen, darunder wir uns und alle unser Nachkommen mit unsern Treuen verpinden, stät zu halten, was an den brief beschriben ist. Das ist geschehen an dem Montag vor sand Gallen Tag, nach Cristi Gepurt im 1459 Jar.

Sigillum illaesum adpendet.

Num. MLXXXIII. 1460. 16. Augusti. Ex Originali.

Herzogliches Privilegium, vermög dessen das Getreid des St. Katharinen - Spitals mauth - und zollfrey seyn soll.

Von Gottes genaden Johanns und Sigmund gebrüeder Pfallintzgraven bey Rein, Hertzogen in Obern - und Nidern Bairn etc. Entpieten unsern Mauttnern, Zollnern, und sunst allen unsern Ambtleuten, den dieser unser brieff fürkumbt und gezaigt wirdet, und sunderlich zu der Neuenstat, zu Kelhaim, und zu Abach unser gnad und fürdrung. Wir tun euch allen und euer jedem besunder zu wissen, das uns die armen Dürftigen des Spitals zu Regenspurg gleuplich erinndern haben lassen, wie sy ainen brief haben vom

Kayser Ludwigen säligen, der laute, das er in die genad und fürderung tut für sich und sein Erben also, das er nicht welle, das man von keinem irem Getrayde, noch Gült kain Mautt, noch Zoll nemen sollė weder auf Wasser, noch auf dem Lande; hierumbe wir mit euch allen und euer jedem besunder ernstlich schaffen und wellen, das ir von kainem irem Getraid, noch Gült kain Mautt, noch Zoll nicht nembt, und sy fürbas damit on Irrung faren lasset, das ist genntzlich unser Maynung. Geben und mit unsern aufgedruckten Secreten versiegelt zu Straubing am Samstag nach unser lieben Frauentag assumpcionis, des Jars, als man zalet von Christi unsers lieben Herren Gepurd 1460 Jar.

Duo Sigilla a tergo sunt impressa.

Eben dieses Privilegium ertheilten schon früher die für die Armen besorgten Herzoge Wilhelm im Jahre 1429. 9. *October, Ernst* 1438. 22. *Maii, und Albrecht* 1458. 24. *Februarii.*

Num. MLXXXIV. 1461. 5. Martii. Ex Originali.

Nicolaus de Kindsperg, Vicarius generalis Ruperti, Administratoris Episcopatus Ratispon. confirmat consentiente Joanne Flurer plebano Ambergae missam perpetuam, angelicam seu Bäckenmefs nuncupatam, in Altari B. V. M. in extremo Chori et quasi in medio Ecclesiae parochialis sancti Martini ibidem anno priori fundatam. Datum Ratisponae die 5. mensis Martii, anno Domini 1461.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MLXXXV. 1462. 30. April. Ex Originali.

Des Bischofes Rupert Verfügung über die pfärliche Versehung der Filial Stamsried.

Wir Ruprecht von Gots genaden Pfallentzgrave bei Reyn, Hertzoge in Bayrn, und Administrator des Stifts zu Regenspurg bekennen offenlich mit dem brief, das für uns kommen sind unser lieb Getreu hr Albrecht Muraher zu Guttenegk Ritter auf ainem, und hr Hanns Hayden Korherr zu Altenkappellen zu Regenspurg und pfarrer zu Rotting auf dem andern Tail, als von Spen und Zwitracht wegen, die zwischen in der Zukirchen zu Stambsreut

halben, der benannten pfarrkirchen Rotting zugehörend, gewesen ist, die zu baiden Tailen willkürlich bei uns auf unsern güttlichen Spruch, was wir sprechen, bliben sind; also nach genugsamer Verhörung, red und Widerred baider partheyen sprechen wir 1.) das der genannt hr Albrecht Muraher, diweil er lebt, einen gelerten, tugentlichen priester dem genannten hrn Hannsen Hayden als einem Pfarrer zu Rotting oder seinen Nachkomen daselbst nennen sol, demselben priester soll dann hr Hanns Hayden als ein pfarrer zu Rotting oder sein Nachkomen die Seelsorg als andern seinen Gesellen zu Rotting in Mafs, als von alter löblicher gewonhait herkomen ist, bevelhen und geben, doch unentgolten dem genannten hrn Hannsen Hayden oder seinen Nachkomen an der Inkorporation und Zinsen, so ein Capplan und Gesell zu Stambsreut nach alter gewonhait einem pfarrer zu Rotting schuldig ist zu geben, treulich und on Gevärd, und 2.) so der egenannt hr Albrecht Muraher von Todes wegen, da Got lang vorsei, abgieng, so soll hr Hanns Hayden oder sein Nachkommen darnach von Albrecht Murahers erben und Nachkomen on all Eintrag der genannten zukirchen zu Stamsreut halben bleiben, und die mit einem Capplan bestellen, besetzen und entsetzen, auch sich dez prauchen nach aller seiner und seiner pfarrleut Notturft und Nutz, als von Alter herkomen ist. Zu Urkund haben wir jeglicher parthey ainen brief gleichlautend mit unserm anhangenden Secret versigelt geben am Freitag nach dem Sunntag Quasi modo geniti, nach Christi Gepurd im 1462 Jar.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MLXXXVI. 1462. 5. Maii. Ex Originali.

Mundiburdium a Ducibus Bavariae Capitulo cathedrali Ratisbon. concessum.

Von Gottes genaden wir Johanns und wir Sigmund Gebrüdere, Pfallentzgraven bei Reine, Hertzogen in obern und nidern Bayrn etc. bekennen als reigirend Fürsten für uns und unser lieb Brüdere Hertzog Albrechten, Hertzog Cristoffen und Hertzog Wolfgangen, die noch zu iren vogtbaren Jaren nicht kommen sind, und tun kunt offenlich mit dem Brieve, dafs uns fürbracht haben die würdigen in Gott, unser besunder lieben Thumbbrobst, Dechant und gemains Capitel des Tumbstifts zu Regenspurg etweviel irer brief, gnad und freiheit, di in und irem Stift von unsern Vorvor-

dern, Kaisern, Künigen und Fürsten vergangener Herrschaft zu Bairn säliger und löblicher Gedächtnuss geben sind, und uns darauf undertäniclich und vleissiclich gebeten, dass wir inen dieselben und alle unser Vorvodern brief, gnad und Freihait genädiclich geruhen zu bestätten und zu confirmiren, auch sie und all die iren mit iren Leiben und Guten in unsern besundern schutz und scherm zu nemen; und wan wir nun von angeborner fürstlicher Güte und Miltikait genaigt sein, alle Gaistlichkait Gott dem Allmächtigen zu lob und ern in allen zimlichen sachen zufürdern, zuschützen und zu schirmen, so haben wir angesehen der obgenannten Thumbbrobsts, Dechants und gemaines Capitels des Thumbstifts zu Regenspurg vleissig und diemütig Bete, auch solche angeneme Dienstbarkait, darinn sie sich bisher gen unsern Vordern und uns gutwilliclich beweist und gehalten haben und hinfüro erbieten zutun, und haben also nach zeitigem Rate und guter Vorbetrachtung dieselben Thumbbrobst, Dechant und gemaines Capitel des Thumbstifts zu Regenspurg in unsern besundern schutz und scherm genommen, auch in die obgemelten und alle ir brief, Gnad und Freihait, so sie von allen unsern Vorvordern, Römischen Kaisern, Künigen und Fürsten zu Bairn erworben, wie sie die dann gemainclich oder in sunderhait erlangt und mit löblicher guter Gewonhait herbracht und gebraucht haben, gnädiclich bestättet, erneuet und confirmirt, bestätten, erneuen und confirmiren in die wissenlich in kraft diss Briefs also, dass wir si gnädiclich dabei halten und beleiben lassen, schützen und schermen wellen, doch uns an unser Herlikait und Gerechtikait unsers Fürstentumbs unschedlich und unvergriffen, und gebieten darauf allen und jeglichen unsern Vitztumben, Pflegern, Ränntmaistern, Richtern und Ambtläuten, die wir jtzo haben oder füro gewinnen, ernstlich und vesticlich, dass ir die obgenannten Tumbbrobst, Dechant und gemaines Capitel des Tumbstifts zu Regenspurg bei solchen iren Brieven, Gnaden und Freihaiten, als vorgeschriben stet, beleiben lasset, inen auch die nit überfaret, noch dawider tut, noch, sovern ir mügt, Jemant andern zu tun gestattet in kain Weis. Des zu waren Urkunde geben wir in den brief mit unsern anhangenden Insigeln versigelt zu München an Mitwoch nach sand Philipp und sand Jacob der heiligen Zwelfpoten Tag, des Jars, als man zelet von Christi unsers lieben Herrn Gepurde 1462 Jare.

Duo Sigilla cum leone et rhombis integra adpendent.

Num. MLXXXVII. 1463. 21. Aprilis. Ex Originali.

Silvester Peffenhauser Ritter verkauft sein Schloſs und Sitz **Baerbing** im Donaugau nahe bei Regensburg gelegen nebst dem Gerichte, und allen Zugehörungen dem Fürsten und Herrn Ruprechten, Administrator des Hochstifts Regensburg und seinen Nachkommen, den Bischöfen daselbst um eine ungenannte Summe Geldes. Der Peffenhauser leistet auf jeden Anspruch Verzicht, und stellt 3 Borgen auf, nämlich die weisen vesten Bernard Penstetter zu Penstetten, Hanns Judmann zu Affecking, und Hanns Rugenzhainer Pfleger zu Neueneglofsheim, welche mit dem Verkäufer siegelten. Geschehen zu Regensburg am Mondtag vor St. Georgen Tag nach Christi unsers lieben Herrn Geburt im 1463. Jahre.

Quatuor Sigilla adpendent.

Num. MLXXXVIII. 1464. 21. Februarii. Ex Originali.

Der Dompfarrer Johann Weissenberger, und die übrigen Pfarrer in Regensburg wurden über die Bruderschaft der Kürschner ungehalten, weil diese vermög eines Statuts ihr Begräbniſs bei den Augustinern gewählt haben. Rupert, Administrator des Hochstifts wurde als Schiedrichter erbethen, und dieser entschied mittels Arbitraments: 1.) die Begräbniſswahl der Kürschner im Kloster der Augustiner-Mönche, und ihr deſswegen errichtetes Statut sey ungültig und kraftlos, indem es dem Rechte eines andern nachtheilig wäre. Den Augustinern sey es demnach nicht mehr erlaubt, die Leichname verstorbner Kürschner zur Begräbniſs anzunehmen. Doch weil 2.) die Ausgrabung beerdigter Leichname nicht mehr thunlich, und grosses Aufsehen erregen würde, so sollen die bereits Beerdigten in ihrer Ruhestätte bei den Augustinern belassen werden, der Provincial hat jedoch in Bezug auf die Stollrechte den einschlägigen Pfarrern Genugthuung zu leisten. Wer in Zukunft dawider handelt, derley andern nachtheilige Statuten macht oder annimmt, hat dem Fiscus des Bischofes eine Straffe von 100 fl. zu erlegen. Datum am 21. des Monaths Februar, im Jahre 1464.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MLXXXIX. 1465. 9. Octobris. Ex Originali.

Anno et die praefixis Synodus celebrata fuit Ratisbonae per venerabilem virum Dnum Conradum Sintzenhofer, Decretorum Licentiatum, Illustrissimi Principis ac Dni, Dni Ruperti dei gratia Comitis Palatini Rheni, Bavariae Ducis, Eccle-

siaeque Ratisponensis Administratoris Vicarium generalem, et fuerant Statuta synodalia per venerabilem virum dnum Johannem Weifsenberger Ecclesiae Collegiatae B. V. M. veteris Capellae Canonicum, Ecclesiaeque parochialis majoris Ratisbon. Plebanum in Coetu clericorum inibi congregatorum lecta ac pronuntiata. Haec Statuta 41 titulos seu capita complectentia edidit clar. Dnus de Würdtwein in novis subsid. diplomat. Tomo X. Num. 119. pag. 337. seq. sed mendose secundum exemplar Moguntinum corruptum; erronee etiam hanc Synodum anno 1466. attribuit, cum tamen Rupertus I. collector ac editor Statutorum, paulo post ea promulgata, nempe 18. Octobris 1465 jam obierit. Porro, dum Rupertus Epus in Prooemio Fridericum et Conradum Epos memorat, nullatenus intelligit Fridericum I. sed innuit Synodum Friderici II. die 25. Junii 1438 celebratam, et Synodum Conradi VI. die 6 Nov. 1377. habitam, ex qua plurima defloravit, uti et nonnulla ex Salisburgensi anni 1418. apud Dalham p. 169. In Codice Consistoriali anno 1474. conscripto eadem continentur Statuta plane correcta, quorum Praefatio hujus est tenoris:

Rudpertus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Bavarie Dux, Ecclesieque Ratisponensis Administrator, universis et singulis secularium et regularium Ecclesiarum Prelatis, Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Canonicis, Capellanis, Altaristis, Presbyteris et clericis quibuscunque per Civitatem et Diocesin nostram Ratisponensem ubilibet constitutis salutem in Domino sempiternam. Deus equo moderamine cuncta preordinans ab eterno in gentes voluit esse legum conditores, ut se homines cognoscerent, et in terris propulsatis insolentiis roboraretur justitia, vigeret equitas, et candor magis innotesceret honestatis. Ideoque lex traditur, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam genus humanum honeste vivat, et alter alterum non ledat, ac jus suum unicuique reddatur. Horum itaque consideratione inducti ad honorem omnipotentis Dei, beatorum Petri et Pauli apostolorum ac omnium Sanctorum diversas Constitutiones synodales bone memorie Friderici, Conradi, et aliorum Predecessorum nostrorum collegimus ex diversis Codicibus, in quibus multa pro communi utilitate et honestate Clericorum atque salute fidelium animarum continentur, que in oblivionem quodammodo transierunt, ita, quod frequenter dubitatur, an vim Constitutionis obtineant, ac experientia didicimus, intolerabiles errores tam in clericis, quam in laicis nostre jurisdictioni subjectis propter non usum earundem Constitutionum ac scandala gravia evenifse; unde ne sanguis subditorum de manibus nostris requiratur, ex debito nostri pastoralis officii hmoi periculosum defectum sollicitudinis studio pro sub-

ditorum nostrorum remedio, commodo et prosperitate emendare duximus et removere. Idcirco de nostri Capituli consensu dictas Constitutiones in unam Compilationem compendiosius redegimus, adiicientes aliqua nova, que in jure fundantur, equitati deserviunt et continent honestatem, volentesque et auctoritate nostra Ordinaria in virtute sancte obedientie firmiter et districte precipiendo mandantes, quatenus vos omnes et singuli prescripti infra scriptas Constitutiones seu Statuta synodalia matura deliberatione collecta et examinata prompto affectu suscipiatis, easdemque et ea de cetero et in futuro diligenter observare studeatis sub penis inibi contentis, ne per earundem transgressionem divinam principaliter, et subsequenter nostram indignationem incurratis. *Ad finem Statutorum habentur sequentia:* Ne de publice gestis quisquam valeat ignorantiam allegare, volumus et praesenti Statuto mandamus, ut quilibet Ecclesiarum collegiatarum seu Monasteriorum Civitatis et Diocesis nostre Ratispon. Prelatus principalis, sive Decanus ruralis Seriem et Ordinem Statutorum predictorum habeat de verbo ad verbum infra duos menses a dato presentium, quavis excusatione remota, ipsaque bis in anno in generali congregatione fratribus convocatis solempniter prelegat et publicet, seu publicari faciat in communi. Siquis vero predictorum temerarius extiterit violator, privationem officii se noverit incursurum. Ante omnia autem protestamur, quod per hec nostra synodalia Statuta non intendimus, nec debemus Statutis sacrorum generalium, provincialium ac Predecessorum nostrorum synodalium Conciliorum derogare, imo ea servare, manutenere et debite exequutioni unacum penarum adjectione, in quantum nobis possibile erit, demandare, reservantes nihilominus nobis potestatem omnimodam, ipsa nostra Statuta in toto et in parte revocare, variare, addere, minuere, interpretari toties, quoties videbitur juxta consilium juris peritorum et sapientum expedire. Datum Ratispone anno Dni 1465. die 9. mensis Octobris.

Num. MXC. 1466. 3. Januarii. Ex Originali.

Confirmatio papalis neoelecti Epi Heinrici de Absberg.

Paulus Epus servus servorum dei. Dilectis filiis Capitulo Ecclie Ratisponen. salutem et aplcam ben. Hodie Ecclie vre Ratisponen. tunc per obitum bone memorie Roberti Epi Ratisponen. qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacanti de persona dilecti

filii Heinrici (de Absperg) Electi Ratisponen. nobis et fratribus nris ob suorum exigentiam meritorum accepta de dictorum fratrum Consilio auctoritate aplca providimus, ipsumque illi prefecimus in Epum et Pastorem, Curam et administrationem ipsius Ecclie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vre per aplca scripta mandamus, quatinus eidem Electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin Sententiam, quam idem Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Scum Marcum anno Incarnationis dominice 1466. Tertio Non. Januarii, Pontificatus nri anno secundo.

Plumbum: Paulus PP. II.

Num. MXCI. 1466. 13. Maii. Ex Originali.

Henricus Epus Ratispon. in causa incorporationis et pensionis annuae 17 librarum denar. Ratispon. inter abbatissam Kunegundem et Conventum superioris Monasterii Ratispon. ex una, et Conradum Arthuber plebanum in Tegernhaim ex altera partibus diu ventilata arbitrando statuit, primo, quod omnes et singulae injuriae, dissensiones, contentiones, perturbationes, molestationes et controversiae quovis modo et forma inter partes easdem occasione praemissorum exortae, motae, et in hunc usque diem ventilatae penitus cassatae, extinctae et sublatae sint; secundo, quod abbatissa ejusque Conventus, et earundem Successores perpetuis futuris temporibus loco dictae incorporationis annui census sive pensionis 17 tt. denar Ratispon. (in quot quidem libris dicta Ecclesia parochialis in Tegernhaim incorporata existit, et pro illis recolligere valet quovis anno in futurum omnem et integram medietatem omnium et singularum decimarum vini in dicta Parochia obvenientium spectantiumque ad eandem,) medietatem decimarum earundem possint et valeant pro nutu et libitu suae voluntatis in usus sui Monasterii convertere, ac alias libere de ea disponere et ordinare, prout sibi melius et salubrius placuerit et visum fuerit expedire. Praesens laudum seu arbitramentum non per mortem alterius partium praedictarum tolli seu extingui, sed perpetuis futuris durare debet temporibus. Praesentes erant Ulricus Part, Conradus Onsorg in decretis Licent. ac Joannes Perckhaymer Ecclesiae majoris Ratispon. Canonici, aliaeque

plures personae fide dignae. Datum et actum Ratisponae in aula Episcopali anno Domini 1466. die vero Mercurii 13. mensis Maii.

Sigillum Vicariatus illaesum adpendet.

Num. MXCII. 1466. 18. Maii. Ex Diplomatario.

Decretum Heurici Epi contra concubinarios.

Heinricus dei et apostolice Sedis gratia Epus Ratisponen. universis et singulis secularium et regularium Ecclesiarum Prelatis, Canonicis, Plebanis, Viceplebanis, divinorum Sociis, Capellanis, Altaristis, ceterisque Presbyteris curatis et non curatis, et Clericis beneficiatis et non beneficiatis quibuscunque per Civitatem Ratisponensem ubilibet constitutis salutem in Domino sempiternam. Licet per sacros Canones et sanctorum Patrum Decreta et Constitutiones provisum sit, ne Clerici concubinas tenere seu habere presumant, ipsi tamen lasciviam suam magis, quam Decreta hmoi sequentes, nec penas formidabiles circa hoc positas formidantes, concubinas publice et adeo inverecunde ac scandalose tenere et habere, easdemque de patrimonio Crucifixi delicate nutrire presumunt, quod quadam cecitate mentis nec scandalum, nec peccatum esse putent. Cum autem talia nequeamus, neque debeamus conniventibus oculis preterire, Nos igitur vestigiis Predecessorum nostrorum inherendo et presertim statuta et Constitutionem per quondam b. m. Illustrissimum Principem, Rmumque in Christo Patrem et Dnum Rupertum Bavarie Ducem, nostre Ratisponensis Ecclesie, dum vixit, Administratorem in sacra Synodo Episcopali edita, pronuntiata et publicata ratificare et adprobare volentes, innovantes et in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis et infrascriptis penis firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus omnes et singuli supradicti per Civitatem Ratisponensem constituti concubinas seu focarias, aut quascunque alias mulieres de incontinentia suspectas publice secum tenentes, ac cum pueris, si quos ex eisdem procreaverint, infra unius mensis spatium a dato presentium computando, veraciter et ex toto a se repellant et reiiciant, nec easdem sic rejectas, aut alias quascunque de incontinentia suspectas in domibus vicinis habere aut nutrire, nec ipsas vel pueros, seu sic suspectas ad se redire seu accedere permittant; alioquin, qui infra dictum tempus non dimiserint, et permiserint, media parte fructuum unius anni, quos de beneficio vel beneficiis obtinent, sint ipso facto privati; si vero beneficiatus non fue-

rit, medietate obventionum, quas de quocunque statu eccleo percipit, privatus sit. Quod si quisquam spreto mandato hmoi peccata sua post dictum terminum continuare, seu novam concubinam superinducere presumpserit, etiam alia media parte fructuum sit ipso facto privatus, fabrice Ecclesie Ratispon. aut fisco nostro Episcopali, vel aliis piis usibus applicanda. Si vero quisquam adeo induratus, nec deum timens, nec metu penarum hmoi mandatis nostris non obedierit, ac monitis ex superabundanti datis non destiterit, beneficiis suis, que habet, sit ipso facto privatus; si vero beneficiatus non fuerit, post penam carceris, quam non evadet, a Civitate et Diocesi nostra Ratisponensi sit perpetuo exclusus. Datum Ratispone die 18. mensis Maii, anno Domini 1466. nostro Vicariatus Sigillo presentibus appresso.

Nro. MXCIII. 1466. 6. Octobris. Ex Originali.

Die Testaments-Exekutoren des verstorbnen Domherrn Niklas von Redwitz stiften aus dessen Mitteln ein Beneficium in der Domkirche zu Regensburg.

In dem Namen der heiligen und ungetailten Drivaltichait Amen. Wir Dietrich von Ramsperg Altherr, Hainrich von Parspergk obrister Schulmaister, und Hanns Geginger Thumbherren zu Regenspurg bekennen und tun chunt offenlich mit dem brief allermennclich, das wir als Geschestherren von Bevelhnus und Geschefts wegen des wirdigen Herrn Niclasen von Redwitz, etwenn Altherrn und Thumbherrn zu Regenspurg, dem allmechtigen Gott zu lobe, seiner Muter Junkfrauen Marie, besunder sand Dionysen Bischof und Martrer und sand Agneten Junkfraun und allem himlischen Heer zu Ern, den Lebentigen zu hail, desselben von Redwitz, seiner Vorfaren und aller christgläubigen Selen zu hilf und Trost ainen neuen Altar in der Thumbkirchen zu Regenspurg gepaut, und darauf aine ewige Mess zu lesen gestilt, und dieselbe mit den hernach geschriebnen Gütern, Zinsen und Nutzen begabt und gewidemt haben, begaben und bewidmen auch dieselb wissentlich in kraft des briefs ewiclich zu beleiben und zu behalten, also, das ein jeder derselben Mess Caplan zukünfticlich alle Wochen 4. oder 3. Messen zum mindesten, oder sovil, als im ain Capitel daselbs auflegen würde, des wir si in kraft des briefs mächtigen und Gewalt geben, ewiclich on Nachlassen lesen oder aber durch einen andern, so er nicht geschickt wär, zu lesen bestellen soll, bei dem Aid, den er darumb als ander Caplän do-

selben tun und sweren sol, und andern Penen, di im ain Dechant oder ain Capitl darumb auflegen würden. Es sol auch derselb Caplan ainem Dechant und ainem Capitel des Thumbs zu Regenspurg underthan, iren Gepoten gehorsam und alles, des er schuldig, verpflichtet, auch gefreit in ihrem Schutz und Scherm sein, als ander dergleichen Caplän und Vicarien doselben ungeverlichen. Er sol, noch mag auch von dem benannten Altar kainerlai varendt Gut, als Kelch, Meſspücher, Ornat oder ander Zier und Zugehörung enpfremden, versetzen, noch verchümern oder verchaufen, sondern dasselbe alles nach Notdurft versehen und bewaren und pessern, und so es nottun würde, von neuem bestellen und chaufen auf sein aigen Kosten und Darlegen on aines Capitels und der benannten Kirchen schaden. Desgleichen soll er auch von den hernach geschriben Gütern, noch andern, di darumb gegeben, gewechselt oder sunst zu der Meſs gebracht würden, nichts daraus weder auf ewig, noch als Leibgeding versetzen, verchümern, verchaufen, noch in chain Weis oder Form enpfremden on des obgenannten Capitels Willen und Gunst. Es sol auch füran ewiclich ein Capitel oder der merer Tail des Capitels der benennten Meſs Lehenschaft haben, und dieselb, so oft des Not geschieht, einem frommen tauglichen priester leihen, der dieselb Meſs in obbeschriebner Mass selbs persönlich besitze, halte und verbringe ungeverlich, unvergriffen und uns vorbehalten die erste person, die der von Redwitz obgenannt bei seinem Leben selbs vermaint hat, und wir dazu antworten werden, und sind das die Güter, mit Namen: ein Hof zu Teufprunn, gült järlich on allen Abgangk zu Gatergült 1 schaff Korn, 2 schaff Waitz, 1 schaff Gersten, 1 1/2 schaff Haber, 1 Metzen Prein, 1 Metzen Arbais, 100 Aier, zehen Käs, 10. Hüner, 5 Genns, 4 schilling R. dl. für Schaumall und Stiftmall, 6 schilling 10 dl. alles Regenspurger für Wisgült; und einen Hof zu Denkhling, gült auch järlich on allen Abgangk Gatergült 3 1/2 tt. und 4. Stiftpfenning, alles nach Laut derselben brief, die wir auch darzu mit übergeben haben, dieselben auch mit dem gegenwärtigen brief auf dem Sagrär im Thumb liegen und beleiben sullen. Doch so ist das in vorbehalten, nachdem ein Abt oder das Kloster zu Prül auf den obgenannten Gütern einen järlichen ewigen Widerchauf zu tun gewalt hat, mit Namen der zu Teuffprunn um 80 tt. und der zu Denkhling um 66 tt. dl. R. ob diselben Höf bed oder ir ainer abgechauft würden, so sol man umb dasselb Gelt widerum andere gewisse Gült chaufen und anlegen umb sovil Gült, damit man ainen Caplan mit 4. oder 3. Messen und in obgeschribner Maſs zu halten

järlich ausbringen und gehalten müg, alles getreulich und ungeverlich. Zu Urchund geben wir den brief besigelten mit unser dreier Gescheftherren obgeschriben aigen anhangenden Insigeln, darunter wir bechennen Innhalt des briefs ungeverlich. Geschehen zu Regenspurgk am Montag vor sand Dionisien Tag nach Christi Gepurt im 1466. Jar.

Tria Sigilla adpendent.

Num. MXCIV. 1466. 23. Octobris. Ex Originali.

Beneficium per testamentarios Nicolai de Redwitz in Ecclesia cathedrali fundatum confirmatur a Vicario generali.

Johannes Goldner, decretorum doctor, Canonicus, Revmi in Xpo patris et dni dni Heinrici dei et apostolice Sedis gratia Epi Ratisponensis Vicarius in spiritualibus generalis, ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis Officii sollicitudo nos hortatur et ammonet, ut ea, que zelo devotionum pro divini fiunt cultus augmento, et presertim pro missarum celebratione pia, votivo amore amplectamur; in hiis etenim memoria dominice passionis recolitur, Xpus ipse sumitur et pro fidelium omnium tam vivorum, quam mortuorum salute imolatur assidue hostia salutaris. Venerabiles nobis in Xpo sincere dilecti dni Theodericus de Ramsperg Senior, Henricus de Parsperg Scolasticus et Johannes Geginger Canonici Ecclesie Ratispon. ac executores testamenti quondam venerabilis viri dni Nicolai de Redwitz Ecclesie prefate Canonici sua nobis petitione monstrarunt, quod idem Nicolaus, dum in humanis ageret, spiritu devotionis accensus ad laudem et gloriam Dei omnipotentis, gloriose quoque Virginis Marie, ac omnium Sanctorum, ob salutem quoque et remedium animarum, sue, progenitorum, successorum, omniumque fidelium defunctorum unam perpetuam missam in altari sub nomine et vocabulo Dionisii et Agnetis in Ecclesia cathedrali Ratispon. per discretum Sacerdotem perpetuis futuris temporibus celebrandam in suo testamento legitime per eum condito institui, fundari, erigi et dotari disposuit, ordinavit et testatus fuerit; cupientes itaque prefati testamentarii antedicti Nicolai testatoris ultimam voluntatem piamque suam intentionem debitum perducere ad effectum, predictam missam de consensu venerabilium nobis in Xpo sincere dilectorum dnorum Canonicorum Ecclesie cathedralis Ratisponens. fundarunt, ceterosque census annuos infra descriptos comparaverunt, prout in littera

fundationis desuper confectis inferius inserta plenius continetur. Tenor vero littere fundationis hmoi de verbo ad verbum sequitur, et est talis: *Vid. Num. praecedenti.* Post quarum quidem litterarum fundationis presentationem et receptionem nobis et per nos sic, ut premittitur, factas pro parte dictorum testamentariorum fuit nobis cum instantia debita supplicatum, quatenus fundationem, erectionem et dotationem predictas robur Confirmationis adiicere, illasque admittere, ratificare et confirmare dignaremur. Nos igitur, qui divinum cultum temporibus nostris intensis desideriis adaugere cupimus, dictas fundationem, dotationem et erectionem, prout eas rite et rationabiliter factas reperimus, auctoritate dicti Revmi dni Heinrici Epi Ratispon. nobis concessa admisimus, confirmavimus, admittimus et confirmamus in Dei nomine presentium tenore, dictamque missam sic fundatam in perpetuum beneficium erigimus, volentes et dicta auctoritate decernentes, quod omnia et singula in preinsertis litteris conscripta perpetui roboris gaudeant firmitate; qui quidem capellanus sic institutus eandem missam laudabiliter regere ac inofficiare juxta sanctorum Patrum instituta ac modum in preinsertis litteris fundationis conscriptum, seque honeste, decenter et regulariter regere debeat et teneatur. Prohibemus igitur sub interminatione districti judicii, ne quis contra omnia et singula facere vel venire, aut ea ausu temerario infringere seu violare, ac de bonis ad dictam missam donatis et appropriatis, ac in futurum donandis et appropriandis quicquam distrahere et ab eadem alienare presumat, prout ultionem omnipotentis Dei atque penas et sententias sacrorum Canonum voluerit evitare. In quorum testimonium presentes litteras fieri, et Sigilli Vicariatus nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone 23. mensis Octobris anno Domini 1466. Pontificatus sanctissimi dni nostri, dni Pape Pauli secundi anno tertio.

Sigillum Vicariatus Epi Ratisbon. adpendet.

Num. MXCV. 1466. 22. Decembris. Ex Originali.

Confirmatio Missae B. M. V. in Ecclesia parochiali ad S. Georgium Ambergae fundatae.

Johannes Goldner decretorum doctor, Canonicus ac Revmi in Xpo patris et dni dni Henrici dei et aplce Sedis gratia Epi Ratispon. Vicarius in spiritualibus generalis, ad perpetuam rei memoriam. Pium

est et meritorium apud deum, si ea, que zelo devotionis pro divini fiunt cultus augmento, et presertim pro missarum celebratione ac salute animarum, pia prosecutione et votivo animo amplectuntur. In hmoi etenim missarum celebratione memoria dominice passionis recolitur, Xpus ipse sumitur, et pro fidelium omnium tam vivorum, quam mortuorum salute immolatur assidua hostia salutaris. Sane providi, nobis in Xpo sincere dilecti Magister civium et proconsules oppidi in Amberg Ratispon. diocesis nobis sua petitione monstrarunt, quod dudum predecessores eorum ac alii probi Xpi fideles zelo devotionis fervoreque caritatis accensi, divini cultus pleno cordis affectu desiderantes augmentum de facultatibus, rebus et bonis sibi a deo collatis ad ipsorum et progenitorum ac successorum suorum animarum salutem, ad laudem quoque et gloriam dei omnipotentis, ejusque intemerate genitricis Virginis Marie, sancti quoque martyris Georgii, necnon totius celestis curie triumphantis pro fundatione cujusdam misse perpetue B. M. V. nuncupate, in parochiali Ecclesia sancti Georgii oppidi predicti, ac altari sancti Georgii per presbyterum idoneum futuris temporibus mane in aurora celebrande certos annuos perpetuos redditus donarunt et appropriarunt, que quidem missa propter diminutionem hmoi reddituum hucusque non fuit confirmata, prout hec et alia in littera fundationis desuper confecta, Sigilloque dicti Oppidi Amberg sigillata coram nobis exhibita et producta vidimus plenius contineri. *Nunc sequuntur census ac proventus ad praedictam missam destinati.* Nos igitur laudabilem ipsorum intentionem grato affectu amplectentes et in dno commendantes, cupientes nichilominus divinum cultum nostris temporibus, quantum ab alto nobis conceditur, intensis desideriis adaugeri, ad petitionem Magistri et proconsulum prefatorum predictas fundationem et dotationem, prout eas rite et rationabiliter factas reperimus, auctoritate nostra Ordinaria admisimus, admittimusque, approbamus, ratificamus et confirmamus in dei nomine per presentes, ipsamque missam sic erectam, fundatam et dotatam in perpetuum beneficium erigimus, et robur atque subsistentiam obtinere decernimus. Jus patronatus autem ipsius misse, presentandi personam idoneam ad eandem, quotiescunque ejus occurrerit vacatio, magistro civium et consulatui oppidi Amberg supradictis, ipsorumque Successoribus perpetuo reservamus, sic, quod ipsi vacationum temporibus Revmo in Xpo patri dno Epo Ratispon. supradicto et Successoribus suis, seu ejus et ipsorum in spiritualibus Vicariis generalibus personam idoneam ad ipsam missam canonice instituendam possint et debeant infra tempus debitum

secundum juris dispositionem presentare, qui quidem capellanus sic, ut premittitur, presentatus et institutus cottidie, in una ebdomada duntaxat unica, et per aliam immediate sequentem ebdomadam, duabus diebus si voluerit, ob reverenciam Sacramenti libere vacare poterit, hora congruenti juxta consuetudinem hucusque introductam absque tamen parochialis Ecclie ac plebani in Amberg prejudicio dictam missam celebrare et inofficiare sit astrictus per se vel alium, nisi aliquod canonicum obsisteret impedimentum, in quo suam conscientiam esse volumus oneratam, ac pro pena totiens, quotiens sic divina celebrare contumaciter neglexerit, mediam libram cere in meliorationem luminarium dicte Ecclie persolvere teneatur. Ipse denique plebano pro tempore in Amberg aut ejus locum tenenti obedientiam, fidelitatem et reverentiam in cunctis licitis et honestis exhibere, ac de indempnitate oblationum, remediorum ac quorumcunque aliorum jurium parochialium fidelitatem debitam promittere et observare, diebus quoque festivis in Choro parochialis Ecclesie sub officio, necnon primis et secundis Vesperis ac Processionibus solitis superpelliciatus juxta morem plebani ac Sociorum suorum in divinis stare et incedere, seque honeste, decenter ac regulariter regere debeat et teneatur. Prohibemus igitur sub comminatione districti judicii, ne quis contra premissa omnia et singula facere vel venire, aut ea ausu temerario infringere seu violare, ac de bonis ad dictam missam donatis et appropriatis, et in futurum donandis et appropriandis quicquam distrahere, et ab eadem alienare presumat, prout ultionem omnipotentis dei, necnon penas et sententias sacrorum Canonum voluerit evitare. In quorum testimonium presentes Litteras fieri, et Sigilli Vicariatus nostri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone 22. die mensis Decembris, anno dni 1466. Pontificatus fsmi in Xpo patris et dni nostri, dni Pauli divina providentia Pape secundi anno tertio.

Sigillum illaesum adpendet.

Num. MXCVI. 1467. 18. Martii. Ex Originali.

Mundiburdium imperiale datum Epo, Capitulo et Clero Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, ac Austrie, Stirie, Karinthie ac Carniole Dux, Dominus Marchie, Sclavonie et

Portunaonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Pherretis et in Kyburg, Marchio Burgovie et Lantgravius Alsatie, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presentium universis. Quamquam ex imperiali beneficentia universorum subditorum, quos sacri Imperii latitudo complectitur, commodo, quieti et augmento prospicere et providere, ut congruit, soleamus, uberiori tamen clementia prestantiorique benignitate illis inclinare, libertates defendere, jura et indulta tueri, et plerumque etiam ampliare consuevimus, quos divinis mancipatos obsequiis jugiter inherere, vigilanterque incumbere intelligimus assiduo cultui creatoris, adeo, ut nostro felici et fausto Imperio pro more et consuetudine divorum nostrorum predecessorum Ecclesiarum statum auxisse et propagasse videamur. Sane per venerabilem Heinricum Electum et confirmatum Ecclie Ratispon. Principem, consiliarium et devotum nostrum dilectum in presensia nostri culminis nobis oblata supplex petitio continebat, quatinus sibi et dicte sue Ecclie Ratispon. omnia et singula privilegia, litteras, libertates, gratias, immunitates, jura, concessiones, donationes et indulta, que seu quas communiter vel divisim a divis Romanorum Imperatoribus sive Regibus, predecessoribus nostris, aut aliis Principibus et personis saltem in temporalibus rite obtinuerunt, in omnibus et singulis suis articulis, continentiis, tenoribus, sententiis, punctis et clausulis de verbo ad verbum, prout scripta seu scripte sunt, necnon eorum bona, alta et bassa judicia, laudabiles consuetudines, usus et honores eorundem, et quicquid de presenti legitime possident, et presertim ut duo privilegia predecessoribus suis et Ecclie Ratispon. concessa per serenissimos quondam Principes et Fridericum Romanorum Imperatorem, et Sigismundum Romanorum Imperatorem, dum adhuc in Regia esset dignitate constitutus, predecessores nostros, que privilegia, prout in litteris ac scripturis, instrumentis et Sigillis fide dignis munitis coram nobis desuper exhibitis vidimus ad plenum contineri, de solite benignitatis clementia innovare, approbare, ratificare et confirmare gratiose dignaremur, cujus quidem privilegii primi tenor sequitur per omnia de verbo ad verbum, et est talis: In nomine sce et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Decet omnes etc. *Reliqua vid. ad annnm* 1157. *Tom. I. Num. CCXLVIII.* Alterius autem et suprascripti privilegii a Sigismundo quondam Romanorum Rege predecessore nostro tenor sequitur in hec verba: Sigismundus dei gra Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex. Ad perpe-

tuam rei memoriam. Etsi Romane Regie dignitatis generosa sublimitas etc. *Reliqua vid. ad annum* 1415. 10 *Januarii, supra Num. MXIX.* Nos itaque precibus memorati Epi utpote rationi consonis inclinati, tum etiam quod justa petentibus non sit denegandus assensus, nihilominus animo voluntatis studiosis obsequiis puraque devotione, quibus idem Heinricus nostram celsitudinem Romanumque Imperium prosequi consuevit, poteritque prestantius in futurum, non per errorem aut inprovide, sed animo deliberato, sano Principum, Procerum, Nobilium et fidelium nostrorum accedente consilio atque ex certa nostra scientia Heinrici Electi et confirmati Ratispon. Principis, consiliarii, atque ejus Ecclie omnia et singula privilegia, universasque litteras, libertates, gratias, immunitates, jura, concessiones, donationes et indulta, que et quas communiter vel divisim a divis Romanorum Imperatoribus et Regibus, predecessoribus nostris, ab aliis quoque Principibus et personis cujuscunque status, gradus, ordinis, aut preeminentie aut conditionis sint vel fuerint, rite obtinuerunt, in omnibus suis articulis, continentiis, tenoribus sive sententiis, punctis et clausulis, prout de verbo ad verbum scripta et scripte sunt, ac si tenores omnium presentibus specifice forent inserti; et si de hiis jure vel consuetudine mentio fieri deberet specialis, necnon alia eorum bona, judicia alta et bassa, aliasque consuetudines et observantias laudabiles, necnon usus et honores eorundem, et quicquid de presenti legitime possident, presertim suprascripta duo privilegia memoratorum predecessorum nostrorum Friderici Romanorum Imperatoris et Sigismundi Romanorum Regis, quemadmodum superius inserta sunt, approbamus, ratificamus, innovamus, de novo concedimus et auctoritate Romana Imperiali, nostris aliis et sacri Romani Imperii juribus semper salvis, auctorisamus et confirmamus; quocirca universis et singulis Principibus Ecclcis et secularibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Balivis, Universitatibus, communitatibus, ceterisque nostris et Imperii sacri subditis communiter et divisim districte precipiendo mandamus, ne prefatum Heinricum Principem et consiliarium nostrum, sive ejus Eccliam et illorum subditos predictos in confirmatis per nos privilegiis, juribus et gratiis impediant, molestent, aut perturbent, aut impedientibus aut impedire volentibus auxilium, consilium prestent aut favorem directe vel indirecte, quovis quesito ingenio vel colore, quinimo eos in hiis pro nostri Imperii sacri reverentia foveant et tueantur, prout nostram et ipsius sacri Imperii indignationem gravissimam arctius voluerint evitare, presentium sub nostri imperialis Majestatis Sigilli appensione

testimonio litterarum. Datum in oppido nostro Lynntz feria quarta post Dominicam, qua canitur in Ecclesia Dei Judica, anno Domini 1467. Regnorum nostrorum Romani 27. Imperii 16. Hungarie vero nono. Ad mandatum Dni Imperatoris ipsius Johannes Rot Patav. et Wrat. decanus.

Adpendet Sigillum majestat. affabre sculptum, ex una parte imperatorem, ex altera duplicem aquilam repraesentans.

Num. MXCVII. 1467. 18. Aprilis. Ex Originali.

Johannes Goldner decretorum doctor, Canonicus ac Revmi dni Heinrici Epi Ratispon. in spiritualibus Vicarius generalis confirmat missam perpetuam a Jordano Giefser cive Ambergensi p. m. in Ecclesia parochiali ad S. Martinum oppidi Amberg in altari sancti Andreae apostoli fundatam ac dotatam. Specificantur census ac proventus ad dictam missam spectantes, ac jus praesentandi capellanum idoneum reservatur Magistro civium ac proconsulibus oppidi Amberg. Capellano licet, in quavis hebdomada uno aut duobus diebus ob reverentiam Sacramenti vacare. — In quorum testimonium presentes litteras fieri et Sigilli Vicariatus nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratisponae die Sabbati 18. mensis Aprilis, anno dni 1467.

Sigillum illaesum adpendet.

Num. MXCVIII. 1468. 9. Januarii. Ex Originali.

Revers Ulrichs von Absberg über die ihm anvertraute Pfleg und Veste Hohenburg im Nordgau.

Ich Ulrich von Absperg zu Kümburg bekenn mit dem offen brief vor allermenniglich, als mir der hochwürdig Fürst mein genediger Herr, Herr Heinrich Bischove des Stifts zu Regenspurg seines Stifts Slos und Herrschaft zu Hohenburg uf dem Norkau in pflegweis bevolhen hat innzuhaben, darumb so hab ich den Erwürdigen, meinen lieben Herren, dem Techant und Capitel des Tumbs zu Regenspurg pei meinem Aid und Treuen gelobt und versprochen, gelob und versprich in mit dem gegenwürtigen brief, ob das geschäh, das der vorgenannt mein genediger Herr der Bischofe in der Zeit, so ich das Slos und Herrschaft Hohenburg égenannt innhaben würd,

stürb oder durch Feind gefangen würde, das Got nicht wolle, alsdann sol und wil ich Niemand anders, dann den benannt meinen Herren vom Capitel mit dem benannten Slos und Herrschaft Hohenburg gewartend sein, dasselbe Slos getreulich halten und behüten ungeverlich und will auch Niemandt, dann die Tumherren des benannten Capitels oder andere, die ganzen völligen Gewalt von dem merern Teil des Capitels haben, einlassen; und was dann die mit dem Slos und Herrschaft Hohenburg handeln oder tun, des will ich also willig und nicht dawider sein on Gevärd. Des zu Urkunde gebe ich diesen brief mit meinem aygen anhangenden Insigel im und irem Capitel, darunder ich bekenn und mich verpinde, stät zu halten inhalt des briefs ungeverlich, der geben ist zu Regenspurg am Samstag nach sand Erhardstag nach Christi Gepurt im 1468. Jar.

Sigillum adpendet.

Aehnliche, fast wörtlich mit obigem übereinkommende Reverse stellten aus 1471. Fridrich von Parsperg, 1478. Hartung von Eglofstein zum Hertenstein, 1482. Jobst der Zenger zum Tannstein, 1492. Georg Puelacher, und 1495. Leonhart von Rorbach.

Num. MXCIX. 1468. 22. Decembris. Ex Originali.

Resignatio duarum missarum in Monasterio inferiori facta ab Udalrico Onsorg.

In nomine dni amen. Anno a nativitate ejusdem 1468. die 22. mensis Decembris coram venerabili et religiosa dna Ottilia abbatissa Monasterii inferioris Ratispon. in meique Notarii publici, et testium infrascriptorum presentia personaliter constitutus honorabilis vir dnus Ulricus Onsorg, *) capellanus misse ebdomadalis altaris B. M. V.

*) Er war Chorherr zur alten Kapelle, und verfaſste eine Chronick von Baiern, welche der gelehrte Oefele in seine Sammlung Scriptorum rerum boic. I. 354. seq. aufnahm. Im Jahre 1477. stiftete Onsorg für sich, seinen Bruder Konrad, und für seine Eltern in seiner Stiftskirche einen Jahrtag, im Jahre 1484. die Procession und feierliche Begehung der Oktav Mariä Reinigung, im Jahre 1489. das Fest der Erhöhung des heiligen Kreutzes, und 1491. in seinem letzten Willen mittels eines jährlichen Schaff Korns eine Spende, welche auf dem Freithof zur alten Kapelle vom Guster armen Leuthen soll ausgetheilt werden. Dieser gelehrte, für die Ehre Gottes eifernde und die christliche Nächstenliebe thätig ausübende Mann starb auch in diesem Jahre.

in Choro ejusdem Monasterii inferioris singulis feriis quintis legende non compulsus, nec coactus, ut asserit, sed sponte et libere melioribus modo et forma, quibus potuit et debuit, ex certis scientia et voluntate eandem missam ebdomadalem beate Virginis, necnon missam ebdomadalem S. Martini in eodem Monasterio sibi commendatam sive concessam in et ad manus prefate dne Ottilie abbatisse pure, libere et simpliciter resignat, omni juri sibi ad ipsas et earum quamlibet quomodolibet competenti cessit et resignavit, resignationemque ac cessionem hmoi admitti per prefatam dnam abbatissam instanter postulavit. Qua quidem resignatione sic, ut premittitur, factá, discretus vir Sebastianus Tobs clericus Ratispon. diocesis, ibidem etiam presens petiit collationem predictarum missarum, et abbatissa accepta resignatione utramque missam ipsi contulit cum suis redditibus. Actûm anno et die, quibus supra.

Conradus Hofman de Bischofshaim clericus Magunt. diocesis, publicus imperiali auctoritate Notarius ss.

Num. MC. 1469. 4. Octobris. Ex Originali.

Heinricus Epus Ratispon. ad preces Magistratus Ambergensis de consensu et voluntate venerabilis Magistri Joannis Stuchs Ecclesiae parochialis Rectoris confirmat missam perpetuam dudum (anno 1349.) a praedecessoribus civibus Amberg. in altari sanctae Kunegundis in Ecclesia parochiali sancti Georgii fundatam. Datum Ratisponae die 4. mensis Octobris, anno Domini 1469.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MCI. 1472. 26. Aprilis. Ex Originali.

Confirmatio Eplis Missae fundatae ad altare purificationis B. V. M. seu sancti Wolfgangi in Ecclesia cathedrali.

Henricus Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Ratispon. cunctis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in Domino sempiternam. Etsi quevis fidelium vota, quotiens Altissimo inspirante provenerint, suscipienda sint pariter et fovenda, precipue tamen, imo maxime et multo amplius illa, que Dei honorem, divini cultus augmentum et frequentiam, animarumque salutem respicere dinoscuntur, non solum exauditionis gratiam, sed et paterni occursus

ultroneum jure merentur favorem. Cum igitur jam pridem honorabiles nobis in Xpo sincere dilecti Johannes Swab summissarius, Samuel Kradel sancti Pantaleonis, Lucas Kolb sancti Georgii, et Georgius Halmaier sancti Jeronymi in Ecclesia nostra Ratisponensi altarium Vicarii sive capellani, magistri universique et singuli Vicarii ac fratres fraternitatis dicte nostre Ratisponensis Ecclesie Dei salutisque proximorum zelo de consensu et voluntate expressis venerabilium dnorum Nicolai de Kindsperg decani totiusque Capituli nostri perpetuam missam intra dictam nostram Ecclesiam in altari novo per eos sub nomine et vocabulo purificationis B. M. V. necnon beatorum Wolfgangi Pontificis et Elisabeth vidue erecto celebrandam certis modis et pactis et formis juxta continentiam, vim, ordinem et tenorem patentium suarum litterarum desuper confectarum rationabiliter et legitime fundassent, atque sufficientibus redditibus et proventibus, decem videlicet libris denariorum Ratispon. annui et perpetui census de bonis dicte fraternitatis comparatis ex mera liberalitate dotassent, quemadmodum et prouti ex hmoi suis litteris Sigillis venerabilis et circumspectorum virorum Nicolai de Kindsperg decani suprascripti, nec non Leonardi Gravenreuter Sculteti Civitatis Ratispon. appendentibus sigillatis coram nobis exhibitis, et diligentius perlectis, quarum etiam tenorem de verbo ad verbum heic haberi volumus pro insertis, de hiis plenam notitiam habemus, nobis tanquam loci Ordinario pro hmoi sue fundationis et erectionis auctorisatione et confirmatione, ut ad hec auctoritate nostra Ordinaria gratiose procedere dignaremur, debita cum instantia suppliciter et devote supplicarunt. Nos itaque Henricus Epus prefatus attendentes hmoi petitionem fore justam et consonam rationi, et quia etiam diligenti discussione maturaque deliberatione prehabitis fundationem, erectionem et dotationem hmoi in singulis suis punctis et articulis nonnisi sanctam, rationabilem et canonicam sufficientemque comperimus, idcirco hmoi perpetue misse erectionem, fundationem et dotationem in omnibus et singulis suis punctis et articulis ut et tanquam rationabiliter et canonice factas auctoritate nostra Ordinaria de venerabilis Capituli nostri expresso consensu et certa nostra scientia approbamus, confirmamus, auctorizamus et perpetuamus, ipsamque fundationem in titulum perpetui Beneficii erigimus et creamus, numeroque Beneficiorum Ecclesie nostre Ratisponensis adscribimus, libertamus et privilegiamus cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis suis jam datis atque donandis presentibus et futuris; et insuper, ut ex spiritualis thesauri communicatione magis divinus

cultus dulcescat, fideliumque devotio ac salus augeatur, presens etiam fundatio felicius perpetuetur, omnibus Xpi fidelibus vere contritis, quotiens missas hujus fundationis in festis subnotatis, videlicet Nativitatis et Epiphanie Domini nostri Ihu Xpi, purificationis, annuntiationis, presentationis, visitationis, conceptionis, nativitatis et assumptionis gloriose Virginis Marie, nec non Wolfgangi et Elisabeth a principio usque ad finem devote audierint, manusque pro altaris et presentis fundationis necessitatibus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus confisi suffragiis pro qualibet vice 40 dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, indulgentias insuper venerabilis fratris atque in Pontificalibus Cooperatoris nostri Dni Johannis Epi Jerapolitanensis in ejusdem altaris consecrationis die datas ex scientia certa approbamus. Prohibemus igitur sub interminatione districti judicii ac maledictionis eterne, ne quisquam contra premissa vel ipsorum aliquod facere aut venire, seu ipsa ausu temerario infringere seu violare, aut de bonis jam donatis sive in posterum donandis contra formam fundationis quicquam distrahere aut alienare presumat sub gravissima omnipotentis Dei ultione, sacrorum Canonum penarum formidine durissima. In quorum omnium et singulorum fidem ac evidens testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique nostri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone anno a nativitate Dni 1472. indictione V. die vero dominica 26. mensis Aprilis.

Sigillum est avulsum.

Nro. MCII. 1472. 28. Junii. Ex Originali.

Incorporatio Parochiae Penting facta Capitulo Collegiatae veteris Capellae Ratisbon. cum annua pensione 6. librarum denar. Ratisbon. adiecta.

Heinricus dei et aplce Sedis gratia Epus Ratispon. Universis et singulis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, aut quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, salutem in dno sempiternam, ad perpetuam rei memoriam. Cum a nobis petitur, quod justum est, pium et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo postulat rationis, ut id per sollicitudinem nostram ad debitum perducatur effectum, prout hoc nobis imminet et affectamus ex officii nri debito pastoralis. Sane igitur superioribus diebus vene-

rabilibus viris, nobis in Christo sincere dilectis decano totique Capitulo Ecclesie collegiate beate Marie Virginis veteris Capelle quondam Ecclesiam parochialem sancti Nicolai in Pönting nostre diocesis ad dictorum decani et Capituli collationem seu presentationem pertinentem, in supportationem onerum eidem Ecclesie incumbentium ac pro divini cultus augmento de consensu, consilio ac bona voluntate decani totiusque Capituli nostre Ecclesie Ratisponen. univimus, anneximus et incorporavimus, dantes eidem decano et Capitulo veteris Capelle et eorum Successoribus, quam primum Ecclesia predicta in Pönting vacaret, liberam potestatem faciendi, disponendi de fructibus ejusdem Parochie, quicquid suis viderint utilitatibus expedire, prout de hmoi per litteras nostras desuper datas et concessas plenius continetur; cumque insuper honorabilis vir Johannes Reyssegk ultimus ipsius Ecclesie in Pönting rector, sicut Altissimo placuit, diem suum clausit extremum, Johannes decanus et Capitulum ejusdem Ecclesie veteris Capelle nobis discretum virum Nicolaum Klörel presbyterum nostre Dioc. pro perpetuo Vicario presentarunt, quem ut perpetuum Vicarium juxta predictarum litterarum tenorem investivimus ad Ecclesiam in Pönting memoratam, ipsique decanus et Capitulum nobis supplicarunt humiliter, quatinus ad taxationem dicte prebende ipsius perpetui Vicarii procedere dignaremur juxta nostrarum litterarum continentiam; Nos vero hmoi piis et honestis supplicationibus favorabiliter inclinati post inquisitionem et deliberationem, quam super hiis omnibus intra nos et cum dictis decano et Capitulo patronis, et Nicolao perpetuo Vicario ad hec assentiente et consentiente habuimus, solerta et matura Ordinatione in talibus fieri solita legitime precedente, auctoritate nostra Ordinaria declaramus, ordinamus et taxamus, ac injungimus et mandamus, quod perpetuus Vicarius supradictus, et omnes et singuli Successores sui dicte Ecclesie in Pönting perpetui Vicarii, qui pro tempore erunt, debent dare et assignare dicto decano et Capitulo veteris Capelle singulis annis sex libras denar. Ratispon. in 4. terminis quatuor angariarum anni, hoc est singulis quatuor anni temporibus duodecim solidos denar. Ratispon. bonorum argenti et monete Ratispone usualium, et de eadem annua pensione in Civitate Ratisponensi ipsis satisfacere ipsius Vicarii periculis et expensis in omnem eventum, ita, ut nec grando, nec sterilitas seu quicunque alius notabilis defectus aut inopinatus eventus obstare debeat in dictis terminis vel infra octo dies quemlibet predictorum terminorum immediate sequentes, et hoc sub pena suspensionis a divinis et Ecclesie ab ingressu, vel infra eosdem

octo dies eandem Ecclesiam resignare in manus decani et Capituli patronorum predictorum, qui tamen resignans ad censum seu pensionem neglectam et non solutam nichilominus ut de re confessata et judicata erit et manebit obligatus. Quam suspensionis sententiam si dictus perpetuus Vicarius, qui est et pro tempore erit, per quindecim dies sustinuerit dictum terminum immediate subsequentes, ipsum Vicarium ex nunc prout ex tunc Excommunicationis vinculo innodamus. Verum si ipse Vicarius perpetuus predictas latas Suspensionis et Excommunicationis Sententias per 4. Septimannas dictos terminos immediate subsequentes ausu nephario, quod absit, et animo sustinuerit indurato, et non curaverit absolutionem obtinere, ipsum Vicarium ex nunc, prout ex tunc dicta perpetua Vicaria et omni jure sibi in ea quomodolibet competenti privandum fore decernimus et privamus per presentes, dantes dictis decano et Capitulo veteris Capelle et eorum Successoribus pro nobis et nostris Successoribus ex nunc, prout ex tunc plenam et liberam potestatem, in hoc dicti perpetui Vicarii contumatie seu negligentie casu alium nobis vel eisdem nostris Successoribus perpetuum Vicarium presentandi, qui premissa omnia et singula impleat et eis intendat integraliter et ex toto, nostra vel Successorum nostrorum privationis Sententia minime expectata, salvis nichilominus 20. solidis denar. Ratispon. singulis annis decano et Capitulo Ecclesie veteris Capelle pro certis debitis decimis solutis semper in suo robore permansuris, pariterque singulis annis persolvendis. Volumus etiam, ut institutus Vicarius vel instituendus in dicta Ecclesia Pönting sit nobis et nostris Successoribus ac Officialibus nostris in omnibus et per omnia, ut ceteri nostri Sacerdotes nostre Diocesis, subjectus papalia et Eplia procurationes, steuras, pensiones et alia jura nra qualitercunque imposita vel imponenda sine contradictione qualibet persolvendo et expediendo, capituli quoque et convocationes decanorum nostrorum humiliter visitando et mandatis ipsorum tanquam nostris fideliter obediendo, que omnia et singula sic observari mandamus sub penis et sententiis predictis seriosius per presentes. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium predictorum presentes nostras litteras nostri majoris Sigilli fecimus appensione muniri. Datum Ratispone die 28. mensis Junii, anno a nativitate domini 1472.

Sigillum Epi illaesum adpendet.

Num. MCIII. 1473. 15. Maii. Ex Originali.

Juxta Capitulationes neo - electo Epo a Capitulo ad jurandum propositas, Epus pro tempore existens obligatus sit, quod non possit per se vel alium a) aliquem ex Praelatis aut Canonicis suae Eccliae, — qui etiam contra eundem Epum faceret aut excederet, — qualitercunque punire vel carcerare, aut in persona vel bonis offendere vel turbare ullatenus, sed deberet illos delinquentes coram Caplo judicialiter convenire, b) quod se minime intromittat de bonis Praelatorum et Canonicorum suae Eccliae, ac personarum ejusdem et perpetuorum Vicariorum in eadem cum testamento, aut ab intestato decedentium, c) quod absque Capli voluntate nihil exigere possit praeter Cathedraticum et Synodaticum a Vicariis perpetuis parochialium Eccliarum ad Caplum spectantium, d) quod debeat continue unum ex Canonicis duntaxat Ratispon. Eccliae in suum Vicarium in Spiritualibus generalem habere, et quantum sibi possibile foret, ipsos Canonicos juvare et protegere, ac cooperari, ne aliquis, qui non esset Canonicus Capitularis Eccliae Ratispon. Praeposituram et decanatum pro tempore assequeretur. Cum vero praedicti articuli in multis tendunt in laesionem et diminutionem jurisdictionis, et enervationem auctoritatis Eplis, redduntque subditos ad delinquendum promptiores, nec possit Epus absque conscientiae scrupulo hmoi articulos observare, hinc ad nullius instantiam motu proprio Papa Sixtus IV. Epo Ratisponensi Henrico relaxat juramentum, eundemque ab eo absolvit. Datum Romae apud Scam Mariam majorem, anno Incarnationis dominicae 1473. Id. Maii, Pontificatus nri anno secundo.

Plumbum: Sixtus PP. IIII.

Num. MCIV. 1475. 24. Aprilis. Ex Originali.

Herzogliche Handhabung der Steuerfreyheit bey der Geistlichkeit.

Wir Ludwig von Gotes genaden Pfaltzgrave bei Rein, Hertzoge in Nidern - und Obern Bairn bekhennen mit diesem Brieve gein allermännigklich. Als unser gemaine Landschaft ein Heurathsteuer zugesagt, also seyn wir der Freyheit, so die Geistlichkait hat, berichtet worden, und haben bevolhen, von den Gülten und Zinsen, so inen von iren Gotzgaben zusteend, solch Steuer nit zu nemmen, auf dafs si an irer Freyheit nicht verletzt werden. Des zu Urkhund haben wir unser Insigel an den Briev lassen hengen, der geben ist zu Landshut am Mondtag Geori, nach Cristi unsers liben Herren Geburde im Jare 1475.

Sigillum Ducis adpendet.

Num. MCV. 1475. Ex Diplomatario.

Hoc anno, die mihi incerta, Henricus IV. de Absberg Epus Ratisbon. Synodum celebravit, cujus Statuta 37. titulos continent, et hanc habent Praefationem praefixam:

Heinricus Dei et Apostolicae Sedis gra Epus Ratispon. universis et singulis Ecclesiarum et Monasteriorum Praelatis, Rectoribus, Plebanis, Canonicis, Capellanis, Altaristis, Presbyteris beneficiatis et non beneficiatis per Civitatem et Diocesin nostram Ratisponensem ubilibet constitutis salutem in Domino sempiternam. Quamvis per nonnullos Antecessores nostros pro honestate et vita clericali, pro communi etiam utilitate et animarum salute plura reperiuntur ordinata et edita, quae Statuta quidem synodalia nuncupantur; quia tamen, prout natura novas semper deproperat edere formas, ita malignitas temporum et hominum non quiescit, sed gravamen gravamini cumulans, et finibus suis non contenta in eos, qui maxime immunes esse debent, debachatur et irruit, quorum ausibus occurrere utile, sed et animarum periculis mederi ac futuris incursibus obviare officii nostri debitum est. Salutare autem contra hmoi incursus et oppressiones remedium Antecessorum nostrorum Eporum, et inprimis Metropoliticae Ecclesiae Salzburgensis censemus Constitutines seu Statuta synodalia. Reperientes tamen, per intermissas publicationes haec ipsa Statuta in desuetudinem ac oblivionem venire, ista ceu res de novo constituta renovantur, ut nostris temporibus habeamus remedia accomoda. Hinc tripartitum in unam consonantiam undique Volumen de consilio venerabilis Capituli nostri redegimus, non tam prolixitatem evitantes, quam communem omnium utilitatem et rem publicam animarumque salutem pensantes, ut clerici extra divina officia et alias actiones pastorales otium sectantes habeant, quod legant, meditentur ac spiritualiter agant. Velitis itaque infrascriptas Constitutiones, Ordinationes, Sanctiones, Mandata seu Statuta synodalia diligenter collecta grato animo obedientique suscipere, districtius observare, atque cum mentis alacritate complecti, si alias praesentium transgressores et contemptores Statutorum censurarum fulminationes et poenarum acrimoniam noluerint experiri, et Dei omnipotentis vindictam incurrere. Datum Ratisponae anno Dni 1475.

Num. MCVI. 1476. 22. Januarii. Ex Originali.

Henricus Epus. Ratispon. confirmat missam perpetuam in Ecclia B. M. V. in Ortt a vitricis hujus Ecclesiae, ac communitatibus in Waltenhofen, Kleinprüfening et Rigling fundatam ac annuo perpetuoque censu 9 librarum denar. Ratispon. dotatam. Jus patronatus reservatur abbati monasterii sancti Emmerami. Capellanus rite institutus singulis septimannis quatuor celebret missas, ac Pastori in Eilsbrunn reverentiam exhibeat, et de indemnitate oblationum aut aliorum jurium parochialium quorumcunque fidelitatem promittat observetque. „In quorum fidem et evidens testimonium praesentes litteras exinde fieri, Sigillique officii Vicariatus nostri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratisponae anno a nativitate Domini 1476. Indictione IX. die 22. mensis Januarii, Pontificatus ssmi in Christo patris et dni nostri, dni Sixti divina providentia Papae IV. anno quinto."

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCVII. 1477. 17. Januarii. Ex Originali.

Joannes Neunhauser decanus, Conradus Sintzenhover Canonicus et Vicarius generalis, Georgius Drechsel et Stephanus Schrotel Canonici Ecclesiae Ratispon. arbitratores amicabiles compositores concorditer electi inter abbatissam et conventum Monasterii superioris ex una, et Leonardum Prantner perpetuum Vicarium Ecclesiae parochialis B. M. V. in Hadersbach, alias Salach de et super annua pensione retenta et non soluta ex altera parte, deliberatione praehabita diligenti ac pensatis omnibus et singulis causis et circumstantiis, quae circa negotium hmoi quomodolibet ponderari poterant et debebant, pari voto et unanimi assensu concorditer pronuntiant, laudant, arbitrantur et declarant, ut dictus dnus Leonardus perpetuus Vicarius possit propter aedificia reformanda retinere, quantum ex fructibus dictae Ecclesiae abbatissae et Conventui usque ad diem praesentis pronuntiamenti solvere debuerat, futuris tamen temporibus omni et quolibet anno pensionem 7. tt. denar. Ratispon. sine diminutione ac contradictione quacunque dictis dnabus abbatissae et conventui persolvere teneatur, omni videlicet angaria 14 solid. denar. Ratispon. steuris, exactionibus, grandinibus et sterilitatibus, ac aliis, quae emergere et contingere quomodolibet possint, non obstantibus quibuscunque, residuum vero fructuum dictae Ecclesiae idem dnus Leonardus possit et valeat pro congrua sibi et oneribus incumbentibus licite retinere. Praesens arbitramentum ab utraque parte inviolabiliter observetur. Actum et datum Ratisponae die 17. mensis Januarii, anno Domini 1477.

Quatuor Sigilla arbitratorum illaesa adpendent.

Num. MCVIII. 1478. 10. Aprilis. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae S. Andreae perpetuae in Ecclesia cathedrali fundatae per testamentarios Andreae Nidermaier Capellani S. Stephani ibidem.

Henricus dei et apostolice Sedis gra Epus Ratisponen. Universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in dno sempiternam. Pastoralis officii sollicitudo nos hortatur et ammonet, ut ea, que zelo devotionis pro divini cultus augmento et presertim missarum celebrationibus fiunt, pia prosecutione et votivo animo amplectamur. In hiis etenim memoria dominice passionis recolitur, Xpus ipse sumitur, et pro fidelium tam vivorum, quam mortuorum salute imolatur assidue hostia salutaris. Sane oblata nobis pro parte venerabilis, honorabiliumque in Xpo sincere dilectorum Magri Conradi Onsorg decretorum Licentiati Canonici, Udalrici Hueber, Nycolai Seyd Vicariorum Ecclie nre Ratispon. et Urbani Zaun Capellani Ecclesie sancti Petri consecrati extra muros Ratispone testamentariorum quondam Andree Nidermayer capellani sancti Stephani in ambitu Ecclesie nostre predicte petitio continebat, quod ipsi volentes exequi testamentum per dictum olim Andream factum zelo devotionis accensi, ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis, et gloriosissime Virginis Marie, que hymnidicis choris laudumque preconiis per cuncta mundi climata omnibus antefertur, perpetuam missam in altari sub nomine et vocabulo sancti Andree apli intra Eccliam nram celebrandam certis modis, pactis et formis juxta vim, ordinem et tenorem patentium litterarum desuper confectarum de consensu et voluntate venerabilium in Xpo sincere dilectorum Johannis Neunhauser decani totiusque Capituli Ecclie nre prelibate de bonis per prefatum Andream relictis fundassent atque ex mera atque gratuita liberalitate fructibus, redditibus et proventibus valorem duodecim librarum denar. Rat. annui et perpetui Census excedentem dotassent, jus conferendi dicto decano et Capitulo reservando, quemadmodum et prout ex litteris Sigillis prefatorum Conradi Onsorg, Udalrici Hueber, nec non Leonardi Partner Civitatis Ratispon. Sculteti appendentibus sigillatis coram nobis exhibitis et perlectis, quarum etiam tenorem de verbo ad verbum heic haberi volumus pro inserto, et de hiis plenam notitiam habentes, plenius continetur et habetur, fecerint nobis dicti testamentarii fundatores tanquam loci Ordinario pro hmoi fundatione, erectione, auctorizatione et confirmatione, ut ad hec auctoritate nra Ordinaria gratiose procedere dignaremur, debita cum instantia supplic[i]ter et devote

supplicari; Nos itaque Henricus Epus attendentes, hmoi petitionem fore justam et rationi consonam, et quia etiam diligenti discussione maturaque deliberatione prehabita fundationem ipsam in singulis suis pactis, punctis et articulis nonnisi sanctam, rationabilem et canonicam sufficienterque dotatam comperimus, idcirco hmoi perpetue misse fundationem et dotationem in omnibus et singulis punctis et articulis et tanquam rationabiliter et canonice factam auctoritate nra Ordinaria ex certa scientia nra approbamus, confirmamus, auctorizamus et perpetuamus, ipsamque fundationem in titulum perpetui beneficii erigimus et creamus, numeroque beneficiorum adscribimus, libertamus et privilegiamus cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis suis jam datis aut donandis, presentibus et futuris. Prohibemus igitur sub interminatione districti judicii et maledictionis eterne, ne quisquam contra premissa vel ipsorum aliquod facere aut venire, seu ipsa ausu temerario infringere sive violare, aut de bonis jam donatis sive in posterum donandis contra formam fundationis quicquam distrahere aut alienare quoquo modo presumat sub gravissima omnipotentis dei ultione, sacrorumque Canonum penarum formidine gravissima. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique Officii Vicariatus nri jussimus appensione communiri. Datum et actum die Veneris decima mensis aprilis anno dni 1478. Indictione XI. Pontificatus sanctissimi in Xpo patris et dni nri dni Sixti divina providentia Pape quarti anno ejus septimo.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCIX. 1478. 23. Augusti. Ex Originali.

Johann Hayden Dekan zur alten Kapelle, und Pfarrer zu St. Cassian *) stiftet zur Ehre Gottes und der seligsten Jungfrau Mariä,

*) Am 24 April 1457. ward er Canonicus zur alten Kapelle, am 3. October 1462. Decan dieses Stiftes, und am 31 Dec. 1467. wurde ihm durch einen Capitular - Schluſs der Chorherren die Pfarr St. Cassian verliehen. Er versah die Pfarr und das Decanat bis zu seinem Tode, der am 2. December 1490. erfolgte. Von ihm sind noch kurze Notizen über Präbenden - und Pfarrverleihungen vom Jahre 1462. bis 1487. vorhanden, worin auch zwei allgemeine Reichstage von den Jahren 1469. und 1471. endlich ein bairischer

zugleich zu seiner, seiner Vorfahren und Wohlthäter, auch aller Gläubigen Seelenruh eine ewige Messe in der Pfarrkirche zu St. Cassian auf dem neuen, von ihm erbauten St. Erasmus Altar, und verordnet, dass 1.) der Kaplan dieses Altars an allen Sonn- und Feyertägen unter dem Pfarramte, an jedem Mondtag, Donnerstag und Samstag aber unter der Pfarrmesse das heilige Messopfer entrichten soll, 2.) an des Stifters Jahrtage hat der Kaplan die Obliegenheit, 10 Messen in St. Cassian, und 5 Messen in der alten Kapelle zu besorgen, 3.) Von den Pfarr-Rechten und Opfern soll er nichts entziehen, sondern dem Pfarrer gehorsam sein, und ihm mit Singen in dem Chor aushelfen; von jeder Vigil hat ihm aber der Pfarrer 2 dl. zu geben. Die Dotation besteht jährlich in 20 fl. welche die Bürger der Stadt Sulzbach zu entrichen haben, in 4 1/2 tt. R. dl. aus des Sittauers Haus und Weingärten, aus 1 Schaff Weitz in Hachelstat und 60 R. dl. aus einem Hause in Abach; das Patronatsrecht soll bei dem Kapitel der alten Kapelle verbleiben. Der Stifter und sein Kapitel siegelten. Am nämlichen Tage bestättigt Bischof Heinrich obige fundation, und erhebt selbe zu einem ewigen Beneficium, gebiethet zugleich, dass der Stiftung zu ewigen Zeiten pünktlich nachgelebt, und von der Dotation nichts veräussert werde. Datum, ut supra.

Tria Sigilla adpendent, a.) Vicariatus, b.) Capituli veteris Capellae, c.) Joannis Hayden.

Num. MCX. 1479. 6. Februarii.

Henricus Epus Ratisponensis renuntiat liti habitae cum Duce Bavariae Alberto ob jus patronatus ad Parochiam Lintkirchen, et concedit, quod Dux et sui Successores dicto jure in posterum libere uti possint, salva tamen canonica Investitura ad praedictam Parochiam Epo competente. Datum Ratisponae 6. mensis Februarii, anno Domini 1479.

Hundii Metrop. I. 182. *Edit. Ratisbon.*

Fürstentag gegen den Einhornbund der bair'schen Edelleute vom Jahre 1467. berührt werden. Er war ein sehr fleissiger, zugleich sehr bescheidener Mann, und es ist zu vermuthen, dass er noch andere Handschriften, besonders in Bezug auf die Pfarr St. Cassian hinterlassen habe, die aber verloren gegangen sind.

Num. MCXI. 1479. 22. Dec. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae hebdomadalis et anniversarii in Ecclia cathedrali fundati a Conrado Sinzenhofer Vicario generali Ratisbon.

Vitus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Ratisponensis, universis et singulis nostrae Dioecesis Decanis ruralibus salutem et sinceram in Domino charitatem. Tenore praesentium vobis intimamus, ad vestramque notitiam deduci volumus, quod nos quarundam ovium errantium saluti consulere volentes, nonnulla salubria Decreta nuper in Synodo Salisburgensi (*Confer. Hansiz. II. 626. et Dalham p. 344.*) ad Breve Apostolicum confecta publicare intendamus, ideo vobis omnibus et singulis in virtute sanctae et debitae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus die lunae vel Martis post Dominicam Reminiscere proxime ventura, quae erit 19 vel 20 mensis Martii, heic Ratisponae in aula nostra Episcopali coram nobis, omnibus excusationibus postpositis, certo compareatis ad videndum et audiendum praedicta necessaria Decreta publicari, necnon super iisdem plenarie informari, certificantes vos et quemlibet vestrum, qui hoc nostro mandato requisiti fueritis ac in praefixo termino comparere neglexeritis, aut alter vestrum neglexerit, quod tunc contra vos et quemlibet vestrum inobedientem condignâ tanti contemptus et negligentiae poena et animadversione justitia mediante procedi curabimus, vestra vel alicujus vestrum absentia, contumacia sive excusatione in aliquo non obstante. Et licet de obedientia non dubitemus, cupimus tamen scriptis vestris de legitima insinuatione certificari. Datum Ratisponae die lunae 26 mensis Februarii, anno Domini 1565.

Num. MCCLII. 1566. 6. Februarii. Ex Diplomatario.

Am dritten December 1565. haben die ehrwürdigen und geistlichen Herren Peter Schreiner d. z. Prädicant zu Deckendorf und Pfarrer zu Schneiding eines Theils, und Martin Semann Cooperator in Pilsting andern Theils einen Vertrag miteinander abgeschlossen: weil nämlich Herr Peter Schreiner der Praedicatur wegen die Pfarr Schneiding nicht persöhnlich versehen kann, hat er den Priester Martin Semann zu einem Provisor auf drei Jahre angenommen, um die Pfarr von Lichtmess 1566. anfangend bis dahin 1569. nach altem Herkommen und katholischen Gebrauch der christlichen Kirche mit Predigten und andern Gottesdiensten getreu und fleissig zu verwalten. Als jährliche Bestallung werden dem Provisor die funeralia, confessionalia, panes primitiales und andere Stollgebühren, dann 1 1/2 Schaff Korn, 1/2 Schaff

Weitz, 2 Schaff Haber und der kleine Zehend, auch an jedem Quatember 16 fl 15 kr. an Geld angewiesen. Dieser Contract ist zu Posching im Pfarrhofe in Beisein des Herrn Albanus Federl Pfarrers daselbst abgehandelt und gemacht worden, und beide Theile haben nachhin 2 gleichlautende Abschriften zur Bekräftigung dem General Vicariat in Regensburg vorgelegt, welche Confirmation auch ertheilt, und dem Notarius befohlen wurde, solche Verhandlung in das Gerichtsbuch einzutragen. Actum Regensburg den 6. Februarii, anno Domini 1566.

De mandato dni Vicarii generalis Eccliae Ratispon. Georgius Marperger Notarius ss.

Num. MCCLIII. 1567. 6. Februarii. Ex Originali.

Cum nuper die Martis 21. mensis Januarii a. c. 1567. bonae memoriae Reverendus in Christo pater, dnus Vitus a Fraunberg Epus Ecclesiae Ratisbonensis naturae solvens debitum, spiritum reddidisset Creatori, et cadavere ipsius ecclesiasticae tradito sepulturae, eique officio exequiali persoluto, die 6. Februarii dicti anni Canonici in Sacristia sinistra seu septentrionali Ecclesiae cathedralis fuerunt congregati ad peragendam et celebrandam futuri Praesulis electionem, et electus fuit a majori et saniori Capituli parte forma scrutinii et compromissi mixta venerabilis dnus David Koelderer de Burgstall, dictae Ecclesiae Decanus, qui etiam publice ceu Pastor Ecclesiae Ratisbon. pronuntiatus et solemniter publicatus fuit. Notariatus Instrumento super hac electione confecto subscripserunt Canonici eligentes Laurentius Hochwart I. U. D. Senior, Christophorus a Fronhofen, Joannes Eberhardus a Thürheim, Stephanus a Paulstorff, Philippus a Parsperg, Joannes Georgius Sinzenhofer, Ulricus a Raidenbuch, Joannes Pyrrher I. U. D.

Num. MCCLIV. 1568. 9. Martii. Ex Originali.

Pius Papa V. confirmat electionem Davidis Decani in Epum Ratisbonensem.

Pius Epus servus servorum Dei, dilecto filio Davidi Electo Ratispon. salutem et aplcam benedictionem. Dum ad universas orbis Ecclesias aciem nostrae considerationis extendimus, illarum propensior cura nos angit, quas propriis destitutas Pastoribus dispendiosae vacationis incommodis subiacere conspicimus, ut illis secundum cor nostrum viri praeficiantur idonei, qui commissum sibi gregem dominicum non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis sa-

lubriter dirigant et informent, commissasque sibi Ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore domino salubriter regere et feliciter gubernare. Sane Ecclesia Ratispon. cui bonae memoriae Vitus Epus Ratispon. dum viveret, praesidebat, per obitum ipsius Viti, qui jam ante biennium extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit, Pastoris solatio destituta, dilecti filii, Capitulum ejusdem Ecclesiae, ad quos electio personae idoneae in Epum Ratispon. dum Ecclesia ipsa pro tempore vacat, juxta Concordata dudum inter Sedem aplcam, et nationem germanicam inita pertinere dinoscitur, pro electione futuri Epi Ratispon. celebranda vocatis omnibus, qui voluerant, potuerant et debuerant electioni praedictae commode interesse, die ad eligendum praefixa, ut moris est, convenientes in unum te tunc ipsius Ecclesiae Decanum, in Presbyteratus ordine et aetate legitima constitutum in Epum Ratispon. via scrutinii concorditer elegerunt, tuque dictae electionis illius tibi praesentato decreto consensisti, et deinde negotium hmoi electionis proponi fecisti in Consistorio coram nobis, petens illam auctoritate aplca confirmari, statutis a jure temporibus in hiis omnibus observatis. Nos igitur electionem praefatam, et idoneitatem ac merita personae tuae examinari fecimus diligenter, et quia facta nobis relatione fideli eandem electionem de persona tua praefata nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, cui apud nos de litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, invenimus canonice fuisse celebratam, electionem ipsam de fratrum eorundem consilio dicta auctoritate tenore praesentium confirmamus et approbamus, teque praedictae Ecclesiae in Epum praeficimus et Pastorem, curam et administrationem ipsius Ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias et largitur praemia, confidentes, quod gratia Domini tibi assistente propitia Ecclesia ipsa per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem praedictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod exinde sperati fructus adveniant, ipsamque Ecclesiam gubernatori provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac tu praeter aeternae retributionis praemium nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum

Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1568. VII. Id. Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

Plumbum: Pius PP. V.

Eodem anno et die super hac Confirmatione datae sunt Bullae consuetae ad Capitulum, Vasallos, clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Num. MCCLV. 1569. mense Mart.

Joannes Jacobus Archiepiscopus Salisburg. celebravit Synodum provincialem anno 1569. a die 14 Martii usque ad 28 Martii, cujus Statuta anno 1574. Dilingae excudente Sebaldo Meyer typis sunt edita. *) Est opus sane absolutissimum ac velut corpus Juris sacri Provinciae Salisburg. omnium superiorum Archipraesulum Statuta complectens, dilucidans, extendens atque, ubi opus, attemperans, ad religionis praecipue catholicae conservationem, haeresum extirpationem directum, ac veluti aurea regula et amufsis vitae tum clericalis, tum pastoralis, tum et regularis. Sancitum in capite, ut tam laici, quam clerici unam solamque fidem catholicam in Provincia Salisburgensi observent atque colant; ut Sanctiones Concilii Tridentini observentur: ut profefsio fidei catholicae ac juramentum erga summum Pontificem in omnibus Synodis tum provincialibus, tum dioecesanis fiat: ut nemo libros haereticos aut scripta penes se habeat: ut Episcopi habeant corycaeos seu inspectores librorum, quos bibliopolae aliique inferunt: ut typographi et bibliopolae fidei catholicae professionem quotannis faciant: ut Rectores Ecclesiarum homines de haeresi diffamatos continuo denuntient Ordinario; invigilent in dicta et facta eorum, qui de locis haereticis aut de haeresi suspectis adveniunt. Jam alia de electionibus Episcoporum ac Praelatorum; de vita et qualitatibus eorundem; de Officialibus, Vicariis, Assessoribus, Praedicatoribus et caeteris tum personis, tum rebus ecclesiasticis, ritibus, caeremoniis, obligationibus, sacramentis, disciplina populi, ludis litterariis eorumque moderatoribus, seminariis Clericorum, de instituendis Visitationibus, de celebrandis Synodis, aliisque talibus, quae constitutionibus quatuor supra sexaginta continentur. Subscripserunt ex parte Epi Ratispon. Caspar Macer fs. Th. Dor, Ecclesiae Ratisbon. orator, et Joannes Eberhardus a Thürhaim Canonicus Ratisbonensis.

Hansiz Germaniae sacrae Tomo II. pag. 628.

*) *Extant etiam in clar. Dalhami Collectione Conciliorum Salisburg. a pag.* 348 — 583.

Num. MCCLVI. 1569. 11. Junii. Ex Originali.

Indictio Synodi dioecesanae.

David von Gotes Gnaden Bischov zu Regenspurg an Herrn Blasius Abt zu St. Emmeram in Regensburg. Unsern günstigen Grues zuvor. Würdiger in Got, Andechtiger, besonders Lieber! Ihr habt euch zu erinnern, dafs auf Guthaissen und Befelch des Hochwürdigen in Gott Vatters und Herrn, Herrn Johann Jakob Erzbischofes zu Saltzburg und Legaten des Stuels zu Rom, unsers genädigen Herrn uns auferladen ist, einen Synodum dioecesanam aufs ehist anzurichten, zu welchem ihr dann auch ordenlicher Weis, wie sich gebürt, solchem neben andern beizuwohnen durch uns evocirt und erfodert worden, ungezweifelten Versehens, ihr werdet solches zu erfüllen euch nit weigern und zur Befürderung und Anstellung Gottes Lobs und des Cleri Reformation, auch Abstellung der gravaminum des besten helfen und rathen, wie dann unser genädiges Vertrauen zu euch stehet. Dieweil dann dieser actus mit sonderlichen hohen Ceremonien und Gottesdienst, wie billich, soll angefangen werden, und wir aber noch diese zeit unsre Pontificalia nit empfangen, langt an euch derohalben unser genädiges Begeren, ir wöllet am Montag den 21 hujus, ehe der Fürtrag beschehen soll, in Pontificalibus das Ampt de S. Spiritu auf dem Hochaltar in unserm Domstift halten und singen. Solches Begern wir gegen euch mit Genaden (zudem ihr dem allmächtigen Gott ain angenehm Werk erzaiget,) zu erkhennen, euch auch mit allen genädiglich zu willfaren sind wir wol genaigt und bei Zeigern diefs euer schriftliche Resolution genädiglich gewartend. Datum Regenspurg den 11 Juny. 1569.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLVII. 1571. 22. Jan. Ex Originali.

Confirmatio Statutorum Capituli cathedralis Ecclesiae Ratisbonensis.

Joannes Jacobus, Dei gratia Archiepiscopus Salzburgensis, Apostolicae Sedis Legatus ad perpetuam rei memoriam. Officii Metropolitani debitum pia nos devotione exercere credimus, dum ea, quae pro divini cultus, ecclesiasticae disciplinae, et bonorum morum augmento bono zelo facta et constituta sunt, auctoritate nostra,

quantum cum Deo possumus et debemus, pro virili promoveamus. Sane honorabiles nobis in Christo sincere dilecti Jonnnes Pyrrher juris Doctor Decanus, Senior, totumque Capitulum Ecclesiae Ratisbonensis nobis humiliter supplicarunt, quatenus quaedam Statuta et Ordinationes dictae Ecclesiae inter alia divinorum celebrationem et caeremonias in Choro, ac personarum admissionem et praebendarum distributionem, nec non praesentias et absentias ac alia, etiam temporalia negotia ipsius Ecclesiae et Capituli concernentia, compilatas auctoritate nostra Metropolitica confirmare dignaremur. Quorum quidem Statutorum et Ordinationum tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis:

Statuta haec continentur (mendose tamen) in Andreae Mayer Codice Statutorum seu Thesauro novo, Tomo IV, pag. 2. — 25.

Attendentes itaque dictorum Decani, Senioris et totius Capituli Ratisbon. Ecclesiae petitionem rationi consonam, et venerabili amico nostro charissimo Davidi Epo Ratisbon. eorum Ordinario (prout nobis fraternitas sua per litteras significavit,) non adversari, ideo haec ipsa praememorata Statuta et Ordinationes, ac omnia, quae in eis contenta, ordinata et disposita sunt, confirmavimus, easque tenore praesentium auctoritate nostra Metropolitica, quantum de jure possumus, confirmamus, volentes, ipsas plenum firmitatis robur habere, harum testimonio litterarum Sigilli nostri majoris appensione munitarum. Datum in civitate nostra Salisburgensi, die XXII. mensis Januarii, anno Domini 1571.

Sigillum affabre sculptum adpendet.

Num. MCCLVIII. 1571. 17. Martii. Ex Originali.

Indictio Synodi dioecesanae.

Von Gottes genaden wir David Bischov zu Regensburg etc, Entbietten allen und jeden Prälaten, Prioren, Commendatoren und allen derselben Verwaltern unsers Stifts und Bistumbs Jurisdiction unterworfen, und denen dieser unser ofner Befelch und Mandat durch unsern geschwornen Camerpoten fürgewiesen und aufgelegt wird, unsern günstigen Grues. Es tragen sich dermassen sachen und obliegen unsers Stifts zu, daſs wir bewegt und verursacht worden, gemaine unser Gaistlichkeit unsers Bistumbs zu erfodern und zu be-

schreiben, ihnen unser Gemütt und genädig Bedenkhen zu entdecken und Handlung zu pflegen. Hierauf so beschaiden und erfodern wir euch genädiglich und mit Ernst begerendt, ihr wöllet auf Sonntag Laetare Abends den 25. schirist künftigen Tag und dieses Monaths Martii gewislich allhie bei uns erscheinen, und am Montag nächst darnach früher Tagszeit ermelter Handlung neben andern gewartend mit nichten ausbleiben. Wo euch aber hierin Leibs- und ehehaft Nott verhindert, sollt ihr einem andern stat euer ainen vollkommen Gewalt stellen und euch in dem gehorsam erzaigen, als wir uns dann solches ungezweifelt versehen und gegen euch mit allen genaden erkennen wöllen. Es soll sich auch ein jeder, dem dieser unser ofner Befelch durch diesen unsern geschwornen Camerpoten auf- und fürgewiesen wird, mit aigner Hand unter diess bemeldt Mandat verzaichnen. Datum Regensburg unter unserm hiefür gedruckten Secret den 17 Martii 1571.

Daniel Marperger Notarius in fidem praemissorum ss.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLIX. 1572. 15. Julii. Ex Originali.

Papae Gregorii XIII. Breve ad Capitulum cathedrale Ratisbon. quo ad diligentem observationem decretorum Synodi provincialis 1569. habitae admonetur.

Gregorius PP. XIII.

Dilecti filii, salutem et aplcam ben. Posteaquam certiores facti sumus, quam prompto paratoque animo ad provincialem Synodum, a ven. fratre Archiepo vestro, magno, ut audivimus, Coepiscoporum suorum consensu convocatam, celebrandam conveneritis, magna in dno laetitia affecti sumus, vestramque erga Deum omnipotentem pietatem ac religionis catholicae studium in dno vehementer commendavimus, cui quidem eo etiam nomine gratias egimus, quod rei moderandis tam clericorum, quam laicorum moribus, corrigendis excessibus, componendisque discordiis omnium maxime accomodatae bonum exitum pro sua misericordia concedere dignatus est; et quidem vos potissimum decuit, dilecti in Christo filii! talem, tamque egregiam voluntatem ostendere ad opus animarum saluti tantopere necessarium atque utile conficiendum, quippe quod ad vestram, clerique istius inprimis honestatem existimationemque redundaturum sit. Etsi

enim hoc universali quoque Ecclesiae utile sit, nullius tamen magis, quam vestra interest, vos in sortem dni vocatos, piam, sobriam, honestamque vitam viventes animas vestras salvas facere, pro quibus nulla est, juxta Salvatoris nostri vocem, quae a vobis dari possit commutatio. Restat nunc, ut, qui vos in ejus Synodi celebratione promptos alacresque praebuistis, iidem illius decretorum diligentes sitis custodes, primique omnium caeteris obedientiae exemplum prodatis. Si enim, ut speramus, primi vos eo, quo decet, studio praefatae Synodi decreta servabitis, vestro exemplo caeterarum Ecclesiarum Capitula permota, ad idem agendum vehementius incumbent, ita, qui ab initio in celebranda provinciali Synodo fructus omnibus propositus fuit, hunc adjuvante dno per vos omnes consequentur: quae quidem res, quantum ad vestra apud omnipotentem Deum merita, et apud homines laudem augendam momenti ponderisque habitura sit, pro comperto habemus, dilectiones vestras etiam sine ullis nostris verbis intelligere. Quocirca vos in dno vehementer hortamur non solum ad ea, quae tam salutariter tamque utiliter in praedicta Synodo statuta esse accepimus, fideliter observanda, sed etiam ad alia omnia sedulo agenda, quibus et divinus cultus augeri, et religio catholica in pristinum istic statum restitui, et vetustissimae Ecclesiae Romanae caeremoniae retineri possint. Hoc si feceritis, pro certo habere debetis, Deum omnipotentem vestris omnibus actionibus auxilio suo affuturum, vobisque et in praesenti vita pacem, et in futura gloriam aeternam daturum esse, ad quam, ut vos pro sua misericordia dignetur perducere, humiliter eum rogamus. Plura a dilecto filio, fratre Feliciano a Morbinio accipietis, ejus verbis eandem, quam nostris, fidem adhibebitis, quaeque ille nostro nomine vobiscum aget, ea nos ipsos agere existimabitis. Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die XV. Julii 1572. Pontificatus nostri anno primo.

Ant. Buccapadulius.

Num. MCCLX. 1572. 23. Julii. Ex Originali.

Admonitio ad preces pro ecclco statu, et felici regimine Papae Gregorii XIII. cum mandato ad Decanatus rurales, ut subsidium charitativum plenarie persolvatur.

Thomas Grosthomannus Eccius, utriusque juris Doctor, Canonicus ac in spiritualibus Vicarius et Officialis generalis Ratispon. Eccliae, honorabili nobis in Christo dilecto dno Benedicto Englmair de-

cano in Koetzting, caeterisque plebanis, vicariis, provisoribus et divinorum cooperatoribus per eundem decanatum Koetzting ubilibet constitutis salutem in dno. Ex speciali commissione Revmi dni nostri Epi Ratispon. Ordinarii vestri vobis committimus et sub debita obedientia mandamus, quatenus quilibet vestrum processionem, sive (ut vocant) circuitum in coemiterio vestro, atque officium de sancto Spiritu certa Dominica, quantocius fieri poterit, solemniter celebrandum et decantandum instituat et populum in cancellis, ut eisdem intersit et preces suas ad clementissimum Deum pro ecclco statu et catholica religione conservanda, atque fsmi dni nostri Papae Gregorii XIII. nuper electi salubri regimine devote dirigat, diligenter et paterne moneat, deinde omnes et singulos dicti Revmi dni nostri Epi Ratispon. debitores, qui subsidium charitativum de praeterito anno vobis decano praedicto ad hoc specialiter deputato nondum persolverunt, diligenter moneatis et requiratis, quos nos et eorum quemlibet sic requirimus et monemus, ipsisque sub excommunicationis latae sententiae poena districte praecipiendo mandamus, ut infra spatium quindecim dierum a monitione vestra hmoi computando ipsi, quicquid eorum quemlibet concernit, unacum nuntii propterea mittendi salario competente memorato dno decano vel transmittant vel personaliter praesentent realiter et cum effectu, alioquin lapso termino quemlibet eorum tanquam contumacem praetactam excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, mandantes vobis, quatenus eodem termino sic elapso eandem sententiam contra eos sic excommunicatos singulis diebus dominicis et festis in ambone Ecclesiarum vestrarum coram populo publice denuntietis et denuntiari faciatis. Datum Ratisponae die 23 mensis Julii, anno dni 1572.

Sigillum Vicariatus intus impressum extat.

Num. MCCLXI. 1573. 17. Octobris. Ex Originali.

Breve Papae Gregorii XIII. ad Davidem Epum Ratisbon. quo admonetur ad erigendum Clericorum Seminarium.

Gregorius PP. XIII.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Nihil aliud expectari par erat a fraternitate tua, quam quod eam maxime decebat, quodque isti Epi loco et muneri in Ecclesia Dei dignissimo congruentissimum erat, te scilicet ea, quae Dei sunt, toto pectore

cupere et curare, Christique ovibus, quibus praepositus es, ad ipsum illà, quae una est rectae sinceraeque fidei et vitae via, producendis excubare parareque ei in Seminario constituendo ministros idoneos, qui a pueris sincera doctrina et optimis moribus instituti possint catholicam veritatem et dignitatem tueri, et quam plurimos doctrinae veritate ac vitae exemplo ad Christum perducere, unde ejus gloriam vehementer augeri necesse erit, hujus vero totius rei fructus, quem permagnum fore non dubitamus, ad tuam fraternitatem redibit; ut enim nihil Christo gratius est salute animarum, pro quibus ille sese morti turpissimae et crudelissimae obiicere non dubitavit, sic ei gratissimos esse oportet eos, qui in eam curam maxime incumbunt. Fac igitur, charissime frater! quamprimum id, quod praeclare cogitas, summamque a nobis, ab universa Ecclesia, a Deo ipso gratiam inire stude, nosque tibi ut munere conjunctissimos esse existima, ac si qua in re tuam optimam voluntatem a nobis adjuvari posse intelligis, fac nos certiores et invenies nos certe paratissimos. Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris die XVII. Octobris 1573. Pontificatus nostri anno secundo.

Anton. Buccapadulius.

Num. MCCLXII. 1574. 30. Julii. Ex Originali.

Admonitio papalis facta Capitulo Ratisbon. circa cultum divinum ac disciplinam.

Dilectis filiis Decano et Capitulo Eccliae Ratisbon.

Dilecti filii, salutem et aplcam ben. Quid vos pro vestro loco atque ordine maxime curare et agere oporteat, quid operae et diligentiae conferre possitis ad retinendum atque augendum pium dei cultum, quibus maxime rebus haec assequi possitis, a dilecto filio Feliciano Ninguarda, cui haec monendi negotium dedimus, accepisse vos non dubitamus. Cognovimus autem ex ejus litteris multa apud vos corrupta, atque a vestro ordine et gradu aliena reperta esse, vosque ea emendaturos pollicitos esse: gavisi sumus, si, ut nostram paternam erga vos caritatem perspectam habetis, sic vestram filiis congruentem obedientiam agnoverimus. Curabitis igitur, ut quae à Feliciano apud vos acta et constituta sunt, quam diligentissime servetis, ut vestro Epo et pastori obtemperantes sitis; ut Seminarium institutum sustentetis; ut omnem nobis occasionem adimatis gravius agendi; ut nostram paternam erga vos caritatem vestris etiam meritis in dies augeatis. Speramus, nostrum hoc universi gregis dnì pastoris munus gravissimum

vestra diligentia atque opera allevatum iri, neque vos aut vestro muneri, aut nostrae optimae voluntati defuturos. Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 30 Julii, 1574. Pontificatus nostri anno tertio.

Ant. Buccapadulius.

Num. MCCLXIII. 1575.

In einem in besagtem Jahre verfasten Salbuche werden folgende Beneficia und Stiftungen in Straubing nebst ihren Erträgnissen bemerkt:

I. In sanct Jakobskirche sind 14. gestiftete Messen:

1) Auf dem St. Anna und heil. 3 Königaltar eine ewige Messe, welche Doctor Ge. Sinchinger stiftete; Lehenherren derselben sind Bürgermeister und Rath in Straubing. 2) Auf St. Niklasaltar hat 1360. Albrecht Steinhauff Probst zu Straubing eine Messe gestiftet, welche die Herzoge von Baiern verleihen. 3) Auf St. Katharinenaltar hat 1397. Friedrich Knälling Bürger und Kammerer zu Straubing eine Messe gestiftet, welche ebenfalls die Herzoge von Baiern verleihen. 4) Auf St. Bartholomäi Altar hat Ulrich Castenmaier eine Messe gestiftet, welche Bürgermaister und innerer Rath zu Straubing verleihen. 5) Auf unser lieben Frauen Altar hat vor 100 Jahren die Beckenknecht-Bruderschaft eine Messe gestiftet; wird auch von dieser Bruderschaft verliehen. 6) Auf eben diesem Altar hat auch Hanns Sperl Bürger zu Straubing eine Messe gestiftet, welche Bürgermeister und innerer Rath daselbst verleihen. 7) Auf dem Corporis Christi Altar hat 1395. Friedrich Hönnermaier eine Messe gestiftet, welche die Herzoge von Baiern verleihen. 8) Auf St. Wolfgangi Altar haben die Schmidel zu Straubing eine Messe gestiftet, welche sie selbst seit 4 Jahren commendweise versehen liessen. 9) Auf dem Altar exaltationis sanctae crucis haben die Meister des Beckenhandwerks eine Messe gestiftet, welche der Bürgermeister sammt den vier geschwornen Becken verleihet. 10. Auf dem Altar der vier Gekrönten hat 1386. Paul Kagerer eine Messe gestiftet, welche der Herzog von Baiern verleihet. 11) Auf St. Margarethen Altar haben die Zeller zu Straubing eine Messe gestiftet, welche der Senior der Zeller'schen Familie verleihet. 12) Auf St. Pauli und Dionysii Altar hat die Priesterbruderschaft eine Messe gestiftet, welche der Bruderschaft-Meister verleihet. 13) In der St. Mathias Kapelle hat 1474. Andreas Lehner Bürger und Kammerer zu Straubing eine ewige Messe und Praedicatur gestiftet, die vom Pfarrer und innern Rath verliehen wird. Diese Stiftung wurde 1474. am Freitag nach Kreuzerfindung vom Domkapitel in Augsburg als Lehenherrschaft bestättigt. In eben diesem Jahr war der Augsburgische Domherr Jobst Gefsler Stadt-

pfarrer in Straubing. 14) Auf dem Fron- oder Choraltar hat 1400. Heinrich von Tunzenberg zu Straubing eine Messe gestiftet, die vom Herzoge in Baiern verliehen wird.

II. In St. Veitskirche sind 3 gestiftete Messen:

1) Auf St. Sebastians Altar hat Hanns Pollen eine Messe gestiftet, welche der innere Rath verleihet. 2) Auf unser lieben Frauen Altar hat die Priester-Bruderschaft eine Messe gestiftet, welche auch von dieser verliehen wird. 3) Auf eben diesem Altar hat Rudolph Strigl Bürger zu Straubing eine ewige Messe gestiftet, welche Bürgermeister und Rath daselbst verleihen.

III. In unser Frauenkapelle sind 4 Messen, die vom innern Rathe zu Straubing verliehen werden:

1) Auf St. Leonhards Altar, gestiftet vom Heinrich Rührnschalk. 2) Auf St. Bernhards Altar, gestiftet vom Konrad Aschpeck. 3) Auf St. Wolfgangs Altar, gestiftet vom Friedrich Vellner. 4) Auf St. Severins Altar, gestiftet vor Zeiten von den Tuchmachern oder Wollwirkern.

IV. Im innern Spital sind 4 Messen:

1) Der Stifter und Altar sind unbekannt. 2) Auf St. Anna Altar ist eine Messe gestiftet; den Stifter weiſs aber Niemand. 3) Auf St. Johannes Altar ist auch eine Messe gestiftet; der Stifter aber ist unbekannt. 4) Auf St. Barbara Altar ist durch Regina Fraislin eine Messe gestiftet. Diese 4. Messen werden vom Bürgermeister und Rath verliehen.

V. Im äussern Spital bei dem heiligen Geist sind 2 Messen:

1) Auf St. Johannes Altar, gestiftet 1380. durch Albrecht Haidlfinger, Bürger und Kramer in Straubing; wird von den Herzogen in Baiern verliehen. 2) Auf St. Leonhards Altar, vom Hanns Gwandtschneider gestiftet; Bürgermeister und Rath zu Straubing verleihen selbe.

VI. Zu St. Niklas auſser der Stadt bei den Sondersiechen:

Ein ersamer Rath der Stadt Straubing hat allda 1391. eine Messe gestiftet, welche die Herzoge von Baiern verleihen.

VII. Zu St. Michael vor der Stadt hat 1375. Michael Haidlfinger eine Messe gestiftet, deren Patron oder Lehenherr der Herzog von Baiern ist.

VIII. Zu der Krönung beim Platterhaus hat Hanns Bisterig Pfarrer zu Rottenberg eine Messe gestiftet; Lehenherr ist der Herzog von Baiern.

IX. Zu St. Peter, der alten rechten Pfarrkirche ausser der Stadt Straubing sind 11 gestiftete Messen:

1) Auf dem Altar ſsmae Trinitatis, und auf dem St. Ruprechts Altar haben die Kaltschmidt eine Messe gestiftet, welche vom Rath und den Vierern derselben Bruderschaft verliehen wird. 2) Im neuen Charner (Gottesacker) auf St. Blasii Altar wurde eine Messe gestiftet, und wird vom Herzoge in Baiern verliehen. 3) Im alten Charner bei St. Peter wurde eine Messe gestiftet, unwissend von wem, welche der Rath verleihet. 4) Auf unser lieben Frauen Altar wurde 1397. eine Messe gestiftet durch den Pfarrgeselpriester in Straubing Hanns Kienspiess, welche der Herzog verleihet. 5) Auf dem Barbara-Altar haben die Schmidel eine Messe gestiftet, welche sie zeither selbst verliehen haben. 6. Auf St. Pauls Altar hat Herr Hanns Preiſser eine Messe gestiftet, welche der innere Rath zu Straubing verleihet. 7) Auf St. Johannes Altar hat Otto Strigl 1375. eine Messe gestiftet, deren Lehenherr der Herzog von Baiern ist. 8) In der Kapelle auf St. Peters Kirchhof hat Herzog Ernst 1436. der Agnes Pernauerin eine ewige Messe gestiftet, die verleihen die Herzoge von Baiern. 9) Auf St. Georgen Altar ist 1369. eine Messe durch Herrn Hannsen von Steinach Ritter gestiftet worden, welche jetzt die Rainer'schen Erben verleihen. 10) In der St. Anna Kapelle ist 1375. eine Messe durch Herrn Lautwein Rhainer von Rhain gestiftet worden. Die Familie des Stifters verleiht selbe. 11) In der Kapelle aller Heiligen wurde 1348. durch Hanns Gölsen eine Messe gestiftet, deren Lehenherr der Herzog von Baiern ist.

X. In unser Frauen Kapelle zu Eberau auf dem St. Johannes-Altar hat Wolfgang Hölldampf im Jahre 1400. eine Messe gestiftet, deren Lehenherr der Herzog von Baiern ist.

Num. MCCLXIV. 1576. 21. Januarii.

Bey der Provinzial-Synode zu Salzburg erschien Christoph Bischof von Chiemsee in eigner Person, und die Bischöfe Ernst von Freising, David von Regensburg, Urban von Passau, und Christoph von Brichsen sendeten ihre Abgeordneten, und es wurden nachfolgende Artikeln einhellig beschlossen: 1) Weil der Concubinat jeder Zeit, und in vielen Concilien und Synoden, auch publicirten Mandaten bei hohen Strafen verbothen worden, der auch besonders bei den Geistlichen nicht zu gedulden ist, so soll derselbe mit allem Ernste und Nachdruck vermög Concilii Tridentini und der Provinzial-Statuten durch die Herren Ordinarios bey den Geistlichen abgestellt, und gegen die Verbrecher mit den angeordneten Strafen ver-

fahren werden. Und damit hierin ohne Verzug ein Anfang gemacht werde, so sollen die Herren Ordinarii zwischen hier und Mitterfasten ihre Synodos dioecesanas halten, und in einer kurzen benannten Zeitfrist die concubinas und verdächtigen Personen von den Geistlichen entfernen. Der Ungehorsame, der sich mit seiner Concubin in ein anders Bisthum der Salzburger Provinz begeben wollte, soll daselbst nicht aufgenommen, nicht befördert werden. Auch soll durch den Herrn Metropolitan und seine Mitbischöfe an die benachbarten Bischöfe einer andern Provinz geschrieben, und diese ermahnt werden, jene Priester, welche sich aus dieser Provinz mit ihren Concubinen wegbegeben, oder sonst sine litteris testimonialibus bene anteactae vitae daselbst unterzukommen begehren, mit keinem Beneficio oder Pfarrey zu versehen, um sie durch dieses Mittel wieder zur guten disciplin und ehrbaren Wandel anzuführen. Gegen widerspenstige Concubinen soll auch das brachium saeculare angerufen werden. 2) Da zur Abstellung des Concubinats die Errichtung der Seminarien ein vortreffliches Mittel ist, indem die künftigen pastores von Jugend auf in guter disciplin unterwiesen werden, und von sich selbst einen Abscheu vor dem Laster haben müssen, so sollen diese Seminarien durch die Herren Ordinarien ohne Verzug Inhalt des Concilii von Trient aufgerichtet werden. Weil in dieser Versammlung auch befunden wurde, daſs Ihro Päpstliche Heiligkeit das negotium der Concubinen halben ohne Wissen der Herren Ordinarien der weltlichen Obrigkeit — welche der geistlichen Jurisdiction ohnehin je länger je mehr Eingriff thut — anbefohlen hat, so soll die Päpstliche Heiligkeit durch den Herrn Metropolitan berichtet werden, derlei executiones als den Ordinarien zuständig, künftig den Weltlichen nicht mehr zu übertragen. 3. Was die gravamina betrift, welche den Herren Ordinariis und dem Clero von Jahr zu Jahr von den weltlichen Fürsten und Potentaten, in deren Territorien jene ihren Chrysam haben, aufgelegt werden, ist beschlossen worden, um deren Abstellung willen eine Werbung auf dem nächsten Reichstag zu veranstalten, wozu sich die Verordneten gefaſst zu machen und alle Mittel und Weg vorzukehren haben, damit die Ordinarii und der Clerus von solchem Laste mögen entledigt werden. Auch wolle der Herr Metropolitan diese gravamina an den Päbstlichen Stuhl berichten, und die Bitte anfügen, daſs Ihro Päpstliche Heiligkeit und das Collegium Cardinalium der gravaminum halben Einsehung thun und Abwendung verschaffen, und künftig ohne habenden Bericht von den Ordinarien keine Indulta und Concessiones contra immunitatem ecclcam den weltlichen Fürsten ertheilen wollen. Des zur Urkund haben diesen Abschied Herr Metropolitan, Herr Bischof zu Chiemsee, und die Abgeordneten mit eigner Hand unterschrieben, und ihre Siegel aufgedruckt; geschehen in des Herrn Metropolitans Stadt Salzburg am Samstag nach Sebastiani des heiligen Martyrers,

welcher gewesen ist der 21. Januarii, nach Christi unsers lieben Herrn und Seligmachers Geburt im 1576. Jahre.

Dalham Concilia Salisburg. pag. 584.

Num. MCCLXV. 1576. 8. Martii. Ex Originali.

Citatio Cleri dioecesani ad Synodum tertia Aprilis celebrandam.

David Dei et Aplcae Sedis gratia Epus Ratispon. Universis et singulis dnis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Administratoribus, Commendatoribus, caeterisque Monasteriorum et Ecclesiarum tam nostrae kathedralis, et aliarum collegiatarum, quam regularium Praelatis, necnon Decanis et Vicedecanis ruralibus, seu eorum vices agentibus salutem in dno. Cum superioribus diebus Revmus in Xpo pater et dnus, dnus Joannes Jacobus Archiepus Salisburgen. Metropolitanus et S. R. E. Legatus natus, dnus et amicus noster observandissimus in dieta congregationis provincialis super certis negotiis, ecclci status reformationem, aliasque eisdem imminentes necessitates et indigentias concernentibus per recessum desuper confectum et ad nos transmissum certiores nos reddiderit, eoque inter caetera nobis praescriptum sit, ut dioecesanam Synodum quamprimum et infra mediam quadragesimam celebraremus, quam equidem ceu valde opportunam et salutarem, ac in praesente rerum ac animarum discrimine apprime accelerandam totis licet affectibus desideravimus quantocius instituere, urgentibus tamen de causis tantisper hactenus differre coacti fuimus. Ne igitur ex ulteriori ejus dilatione in sollicitudine pastoralis nostrae curae et officii minus vigilantes aut negligentes reprehendamur, idcirco vos omnes et quemlibet vestrum Synodum nostram dioecesanam visitare debentium tenore praesentium in dno hortamur, evocamus, requirimus et monemus, ac nihilominus sub debito obedientiae, aliisque juris et arbitrariis poenis districte praecipiendo mandamus, quatenus feria tertia post Dominicam Laetare proxime futura, quae erit tertia Aprilis, mane hora primarum in aula nostra Episcopali Ratisponen. ad dictam Synodum celebrandam sine morarum dispendio compareatis, omni excusatione illegitima penitus semota, ad videndum, audiendum, consultandum, concludendum et exequendum, quae pro diversis Ecclesiae et communis Cleri hujus Dioecesis incumbentibus necessitatibus et periculis visa fuerint expedire. De praesentatione vero et insinuatione praesentium Nuntii

nostri in hac parte jurati stabimus relationi. Datum Ratisponae sub Sigilli Vicariatus nostri appressione die 8. mensis Martii, anno 1576.

Nicolaus Lang, Notar. juratus substitutus Consistorialis ss.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXVI. 1576. 2. Aprilis. Ex Impresso originali.

Mandatum ad universum Provinciae Salisburgensis Clerum, ut hic revocetur a concubinatus caeterisque enormibus vitiis.

Joannes Jacobus dei gratia Archiepus Ecclesiae Salisburgensis, Sedis Apostolicae Legatus, de venerabilium fratrum Coepiscoporum et Suffraganeorum, amicorum nostrorum charissimorum consilio et assensu universis et singulis Metropolitanae et aliarum Ecclesiarum Praepositis, Decanis, Capitulis, ac Monasteriorum quorumcunque Abbatibus, Praepositis, et aliis tam regularium, quam collegiatarum Ecclesiarum Praelatis, Decanis etiam ruralibus, Parochiarum Rectoribus, Provisoribus et Vicariis, ac aliis presbyteris curatis et non curatis per Dioeceses et Civitates nostras, totamque Provinciam Salisburgensem ubilibet constitutis, ad quos hoc mandatum pervenerit, salutem in Domino. Etsi a majoribus nostris omnia ea, quae ad vitam honestatemque Cleri pertinent, tam diligenter et exacte sunt praescripta, ut nec plura, nec meliora nunc adferri, vel promulgari possint, ex quibus notum est omnibus, et velut ob oculos positum, quid cuique in ordine et statu suo sit sequendum, vel fugiendum: cogimus tamen, subinde ea, quae in sacris Canonibus, Sanctionibus et Statutis antea tradita sunt, repetere et quasi inculcare. Nam certa relatione percepimus, imo videmus, et non sine summo animorum nostrorum dolore experimur, quamplurimos a praescripta cognitaque bene vivendi ratione et norma deviare; praesertim ex ea visitatione, quae superioribus annis habita est, qua Dioeceses nostras perlustravimus, plura, quam credere potuissemus, vitia Cleri nobis innotuerunt. Deprehendimus enim plurimos sacrorum Canonum, et honestatis debitae oblitos habitum et vestitum decentem non ferre, sed ita incedere, ut a laicis discerni non possint, alios in cauponis et tabernis publicis potare et comessari, quosdam ludis prohibitis deditos, quosdam maledicos et blasphemos esse, rixas et pugnas concitare, et alia perpetrare, quae a personis Ecclesiasticis omnino aliena sint. Perla-

tum etiam est ad nos, plerosque clericos, qui de beneficiis Ecclesiasticis vivunt, magno suo dedecore, famae et existimationis periculo, maximo aliorum scandalo, denique salutis suae dispendio turpes et infames mulieres, vel concubinas domi alere, et ex iis illegitimas soboles procreare. Cum autem Sacerdotes, et qui se divinae functioni addixerunt, praecipue honestas deceat, ut exemplum vivendi sint aliis; cumque ab Ecclesia sancta catholica institutum, et nuperrime in Concilio Tridentino serio mandatum sit, ut caelibes et casti sint majorum ordinum Clerici, quo se totos ad res divinas dare possint, hoc malum, quod tantopere clericalem ordinem dehonestat, quod et Deum et homines gravissime offendit, nullo modo ferendum vel tolerandum ducimus. Itaque pastoralis officii nostri debito permoti, auctoritate a Deo nobis concessa, et hac publica constitutione mandamus et severe praecipimus, ut quotquot in Provincia et Dioecesibus nostris sunt Clerici, cujuscunque religionis, status, conditionis, dignitatis, gradus vel praeeminentiae fuerint, ut ad sacros Canones se revocent, statuta provincialia observent, reformationibus superioribus annis habitis se accommodent, a praedictis vitiis, aliisque excessibus abstineant, tabernas, publica convivia, ebrietatem, ludos prohibitos, maledicentiam, blasphemiam, rixas, et percussiones devitent, in omni vita et conversatione tales se gerant, quales esse decet viros Deo consecratos. Sed si qui mulieres de incontinentia suspectas, et infamatas concubinas habent, districte praecipimus, ut eas juxta statuta nostra provincialia, et dioecesanae nostrae Synodi proxime celebratae conclusionem plane amoveant, nec unquam vel illas amotas recipiant, vel alias superinducant. Quod si aliqui pertinaces, et intractabiles fuerint, qui corrigi noluerint, et mandato huic nostro parere neglexerint, ii praeter divinam ultionem merito formidandam etiam debita animadversione, et dignis poenis a nobis afficientur. Per censuras enim Ecclesiasticas contra eos, justitia mediante, procedi curabimus, ut primum ab officio suspendantur, deinde omnibus fructibus, ipsisque beneficiis priventur, et ex provincia et Dioecesibus nostris relegentur, uti haec latius in Tridentino Oecumenico Concilio, et novissimis nostris provincialibus statutis continentur. Si vero concubinae ipsae admonitionibus et mandatis nostris non paruerint, tunc contra ipsas concubinas civilem magistratum, et brachium saeculare requiremus, qui suam nobis operam non denegabunt. Ne igitur quis ignorantiae praetextu se tueri vel excusare possit, publico hoc Mandato significare, et omnibus notum esse volumus. Datum et actum in civitate nostra Salisburgen. die Lunae

post Dominicam Laetare, quae fuit secunda dies mensis Aprilis, Anno reparatae humanae salutis MDLXXVI.

Ad Mandatum Revmi Dni nri Epi Ratispon. proprium, Georgius Marperger dicti Revmi Notarius ss.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXVII. 1576. 6. April. Ex Impresso originali.

Clero dioecesano communicantur Constitutiones provincialis Synodi Salisburgensis anno 1569. celebratae.

David Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopus Ratisponensis. Universis et singulis Dominis Praepositis, Decanis, Capitulis, Abbatibus, aliisque Praelatis, Canonicis, Archidiaconis, Decanis ruralibus, Plebanis, Vicariis, Beneficiatis, Provisoribus, divinorum Cooperatoribus, quorumcunque Ordinum Religiosis, caeterisque Presbyteris et Clericis curatis et non curatis per Civitatem et Dioecesin nostram Ratisponensem ubilibet constitutis, ad quos praesentium litterarum notitia pervenerit, salutem in Domino. Cum inter caeteras Synodi nostrae dioecesanae tractationes ecclesiasticae disciplinae statum et honestatem concernentes primario, ut par erat, loco Revmi Principis ac Dni Joannis Jacobi Archiepi Salisburgensis S. R. Sedis Legati, Domini nostri Metropolitani gratiosissimi laudabiles Constitutiones summa diligentia et labore confectas et promulgatas, necnon a totius Provinciae Suffraganeis pariterque eorum Subditis jam pridem sponte expetitas, adprobatas et receptas, ac postremo quidem a sanctissimo Domino nostro, Domino Gregorio Papa XIII. denuo recognitas et confirmatas *) vobis quoque publicandas atque observandas proposuerimus, nihil aeque optatum acceptumque nobis fuit, quam quod easdem ea, qua decet animi promptitudine, tam alacriter, obtemperanter et unanimiter susceperitis. Verumtamen cum non tam Saeculi hujus indies deterioris corruptissima perturbatione, quam pertinaci quorundam atque inveterata delinquendi libidine plerumque eveniat, ut (semper annitente in id humani generis hoste)

*) *Constitutiones et Decreta provincialis Synodi Salisburgensis anno 1569 celebratae impressa sunt Dilingae typis Sebaldi Mayer 4. 1574, postea Salisburgi 4. 1697. habentur etiam apud Dalham l. c. p. 348 — 583.*

ab optima quacunque et saluberrime praescripta bene beateque vivendi ratione ceu a recto salutis tramite vel leviter exorbitantes in transversum agantur: itaque eo et vigilantius et frequentius pro injuncti pastoralis Officii munere in eam curam et sollicitudinem incumbendum nobis esse duximus, quemadmodum ejusmodi aberrantium atque irresipiscentium mores adeo depravatos omnique correctione dignos ad meliorem frugem et emendationem aliquando possimus reducere, quo magis constat, apud eos tot jam pontificalia, nedum provincialia aut synodalia reformationis Decreta non solum dignitatis suae locum non tueri, sed etiam abiecta omni fidelitatis et obedientiae sacerdotalis reverentia, imo et honore et timore Dei penitus excusso flocci fieri atque eludi. Ne igitur tot sanctorum Patrum, Conciliorum generalium et Majorum nostrorum fideles Admonitiones toties jam praemissae et repetitae semper in ventum abeant, aut idem labor in extriturandis, quod ajunt, inanibus culmorum manipulis, qui in dealbandis Aethiopibus nobis quoque frustra suscipiatur, idcirco non tam ex debita villicationis ratione super grege sanguinis sui requisitione credito, quam gravissima sanctae Sedis Apostolicae auctoritate nobis in hac parte specialiter concessa permoti licentiosam hanc et effrenatam Ecclesiasticorum vitam nullo modo tolerandam esse amplius censentes, universos et singulos Dioecesis nostrae clericos, cujuscunque religionis, status, conditionis seu praeeminentiae fuerint, tenore praesentium monemus, requirimus, et severe praecipiendo eis mandamus, ut in posterum se praedictis Constitutionibus provincialibus, prout unumquemque respiciunt, humiliter conforment, atque inconcussam et irrefragabilem ipsarum observantiam quantocius revocent et componant, imo in omni conversatione tales se praestent, quales revera esse non tantum nominari convenit viros Deo et sanctae matri Ecclesiae consecratos. Insuper etiam districte inhibemus omnibus et singulis, qui se tabernis aliisque notoriis flagitiis et impuritatibus, praesertim immundis concubinarum sordibus cum summo scandalo et turpitudine clericalis Ordinis, publicaque fidelium omnium offensione addixerunt, ut eas et quascunque alias mulieres de incontinentia suspectas et infamatas intra tres septimanas post publicationem hujus Mandati immediate sequentes, (quem terminum illis pro peremptorio assignamus,) prorsus a se effectualiter removeant, nec unquam postea vel illas amotas recipiant, vel alibi palam sive clam foveant, aut novas denique superinducant sub poenis a jure statutis et in praefatis Constitutionibus expresse contentis, pro qualitate excessuum contumacibus et intrac-

tabilibus irremissibiliter infligendis. Ut autem Mandatum hoc nostrum legitimae executioni demandetur, injungimus praememoratis vobis Decanis et Praelatis, quatenus praesentes litteras confratribus vestris in eorum Congregatione quam primum facienda diligenter ac sine mora insinuetis, intimetis et publicetis, alioquin et ipsi meritam animadversionem non effugituri. Datum Ratisponae sub Sigillo Vicariatus nostri die 6. Aprilis, anno Domini 1576.

Ad mandatum supradicti Revmi Dni nostri Epi Ratisponensis proprium,
Nicolaus Lang Notarius ss.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXVIII. 1576. 19. Decembris. Ex Originali.

Indictio Synodi dioecesanae die 8 Januarii 1577. celebrandae.

Von Gottes genaden wir David Bischofe zu Regenspurg, embietten allen und jeden unsern Praelaten, Abtissinnen, Priorinnen, Pröbsten, Comenthurn und derselben Verwaltern unsers Stifts und Bistumbs Jurisdiction zugehörig, und mit diesem offen Bevelch und Mandat durch gegenwürtigen unsern Pothen ersucht, unsern günstigen Gruſs. Würdige, in Gott Andechtige, liebe Getreue! Es tragen sich dermassen Sachen und Obliegen unsers Stifts zu, das wir bewegt und verursacht werden, gemaine unser Geistlichkeit unsers Bistumbs zu erfodern, und zu beschreiben, inen unser Gemüth und gnedig Bedenckhen zu entdecken, und Handlung zu pflegen; hierauf so beschaiden und erfodern wir euch gnediglich, mit ernst begerend, Ir wollet auf Erchtag Erhardi Abent den achten schirst künftigen Monats Januarii des eingeenden 77 Jars gewislich allhie bei uns erscheinen, und am Mittwoch nechst darnach fruer Tagszeit ermelter Handlung neben andern gewarten, und mit nichten aussen bleiben. Wo euch aber hierinnen Leibs- und ehehaft Noth verhindert, sollet Ir einem andern euers gleichen und standes eure vollkomen Gewalt zustellen, und euch in dem gehorsamblich erzaigen, als wir uns dann solches ungezweifelt versehen, und gegen euch mit Gnaden erkennen. Es soll sich auch ein jeglicher, dem solch unser Bevelch von gemeltem unserm Pothen aufgelegt und fürgebracht wird, mit aigner Hand unter dieſs unser offen Mandat underschreiben. Actum Regenspurg unter unserm hiefür gedruckten Secret, den 19. Decembris, anno 1576.

Cum Sigillo Epi impresso.

Num. MCCLXIX. 1577. 14. Junii. Ex Impresso.

Clero Provinciae Salisburgensis commendatur Manuale Parochorum. *)

Joannes Jacobus Dei gratia Archiepiscopus Ecclesiae Salisburg. ac sanctae Sedis Apostolicae Legatus, universo Clero populoque Provinciae suae salutem in Domino. Vocati divina clementia ad hanc pastoralem curam Provinciae Salisburgensis, ut muneri nostro, quo indigni fungimur, satisfaceremus, quantum in nobis est, operae pretium facturi visi sumus, de Coepiscoporum nostrorum quoque consilio ac voluntate, si Agendarium (Rituale) conficiendum curaremus, quod commune toti Provinciae esset, et in quo decreta ad Sacramentorum administrationem pertinentia insererentur, quae Synodus provincialis habita anno 1569. statuisset. Hoc onus P. Feliciano nostro mandare placuit, cujus certe industria ac labore brevi effectum est, quod cupiebamus. At vero cum in publicanda Synodo Patribus convocatis anno 1573. is libellus rerum agendarum oblatum esset, visum est, ut unacum Constitutionibus synodalibus, quae ejus mentionem multam facerent, et promulgaretur et in lucem ederetur, atque, cum res ita postularet, in duas partes dividi curavimus, quarum una pro Dioecesi nostra contineret peculiares caeremonias, quibus in administratione Sacramentorum uti solemus; altera amplecteretur ea, quae generalia sunt. Eam vero partem, quae peculiares caeremonias nostras complectitur, sub nomine Agendarii pro nostra Dioecesi jam in lucem emisimus, annoque superiori ad finem mensis Martii in publica Synodo dioecesana exemplaria impressa Parochis, aliisque animarum curam habentibus distribui curavimus, et, quae iis continentur, serio observari imperavimus. Quae communia esse debent, sub titulo Manualis Parochorum pro tota Provincia nunc in publicum damus, inter quae, cum in Sacramento poenitentiae, doctrina de censuris et irregularitate prolixior traderetur, propter hujus temporis necessitatem et Confessariorum, Officialium seu

*) Auctor hujus Libri est P. Felicianus Ninguarda: prodiit Ingolstadii ex officina typographica Davidis Sartorii anno 1582. 4. sub hoc titulo: Manuale Parochorum, et aliorum curam animarum habentium, complectens omnium Sacramentorum rationem, naturam et administrationem, cum instructione praesentibus temporibus conveniente, ac pleraque alia christianis hominibus necessaria, ex sacris Canonibus deprompta, et ad Concilii Tridentini decreta diligenter accomodata, pro Provincia Salisburgensi.

